xxv·Diſcedite a me male·eſuri·em̄ ꝛc· Vnde díues epulo damnat⁹ eſt
q̄ nō dedit ſua·lu·xvj· ¶ Tercō oñdiť ad quíd amicos facere ꝺbeam⁹
íu eterna tabernacula Et iō vt glo·dicit·Nō quoſlib⁹ paupes amicoſ
facere debem⁹·ſed eos qui nos pñt in eter·ta·re·Et ſic patet ſecūdum
et cōſequenter totū

## De epiſtola ſermo LXXXIII·

Non ſum⁹ ꝛcupiſcētes malo⁹ ſicut et il·cōcu·i·Co·x·Apo
ſtol⁹ recitauit ſupra íu hoc capitulo multa bñficia que deꝰ
fecit populo úꝺeo⁹·q̄ p manū moyſi trāſierunt mare ru
brum ſicco pede·ſubmerſis pharaone et exercitu eíus · Et
poſtea venerūt p deſertū ſub colūna nubis p ꝺiem ꝛ ígnis per noctē
íu quo aliti ſunt manna·xl·ānís·que beneficia íu epťa ſeptuageſime cō
tíneutur·In hac aūt epťa recitat peccata ꝛ penas pcō⁹ quas filij iſ
rael paſſi ſunt·ꝺū íuter tot deí bñficia peccarēt·ꝛ hoc facit apoſtol⁹ vt
p beneficia memoꝛata ducat nos ad amoꝛē deí vt bene opemur·ꝛ per
penas íuflicťas ducat nos ad deí timoꝛē quaten⁹ a maľ caueam⁹, q̄
hec omnia íu figura noſtra ꝛtíngebant illť et ꝓpter nos ꝛ nīam coꝛ
rectōem ſcripta ſunt·In hac ꝯ epťa q̄ttuor facit apoſtol⁹·Primo noſ
hoꝛťat vt a quinq⁹ vicijs caueam⁹·íu que filij iſrael p deſertū eūꝺo íu
ciderunt·íu ꝓncipio epťe·Secūdo quare ab his cauē ꝺebem⁹ aſſignat
cauſam ꝛ rōem ibi·Hec aūt oía i ſi·ꝛtíu·il·ſcrip·ſunt āt ad cor·no·Ter
cō ex pmiſſis reꝺꝺit nos cautos circa ꝺuos·ſ·circa caſum íu pcťm·ꝛ cir
ca tēptatōem ad caſum impellentē ibi·Itaq⁹ q̄ ſe exi·ſta·vi· ne·ca· tēp
uat per ſpem et roꝛis ꝺúumi irrigatōez ibi Eide·de·eſt qui nō pa· vo
temp·ſu·id qꝺ po·vſq⁹ ad finē ¶ Primo ꝯ nos hoꝛťat vt a quinq⁹
vicijs caueam⁹ íu que filij iſrael per deſertū euꝺo íuciderūt et p ipis
valde puniti ſunt ¶ Primū eſt ꝛcupiſcētia malo⁹ deſiderio⁹ quādo
habentes māna cibum optimū nō fuerūt ꝛtenti eo·ꝛ deſiderauerunt

carnes dicētes illud núi.xi. Recordamur pisciū quos gratis medebam⁹ i egi
pto gratis ín mentē nob venerūt cucumeres ⁊ pepones porrigz ⁊ ce:
pe ⁊ allia. Ite vulgus q̄z ꝓmiscuū qđ ascenderat de egipto flagraut
desiderio carnū únctis sibi filijs israel. et domín⁹ misit ín eos cotur:
nices ín maxima abūdantia ita q̄ suffecit oīi multitudni p mensem.
Et adhuc esce eor erāt ín ore ipor et ira dei ascendit sup eos. et occi
dit magnā multitudínē eor ita q̄ loc⁹ ille vocat⁹ est sepulcra concupi:
scentie. Istud māna cib⁹ optim⁹ est corp⁹ xp̄i et verbū dei. que debent
christiani medere Io.vi. Nisi mā.cā.fi.ho. et bi.ci⁹ san.nō ha.vi.ín v.
Math.mj. Nō ín so.pa.vi.ho.ꝛc. Christiani g̃ q̄ n̄ sunt cōtenti corpe xp̄i
imo ip̄m medere nolūt ꝫ desiderāt cepas et allia. id est. bona tpalia.
que facúnt homínē plorare multis modis sic cepe faciū t lacrimari. et
qui nolūt medere verbū dei. sed nauseāt sup ipo. et desiderāt coturni
ces cibū regúm. id est. verba mūdana ⁊ historias romanor. ipi sunt
cōcupiscentes malor desiderior. ꝓpter qđ dns irascit valde ⁊ immit:
tit diuersas pestilētias ín ꝓpho scz guerras. infirmitates et fames. i qui
bus hoies cū suis desiderijs cōsument. Deu.xxxij. Cōsument fame et
deuorabūt eos aues morsu amarissimo. qđ fit ín guerris. Multū g̃ d:
beremus solicitari vt digne corp⁹ xp̄i sumerem⁹. et verbū dei deuote
audirem⁹. q̄ vtrūq̄ habet mirabilia bona ín homíne efficere. Sicdm
est ydolatria quādo mopse morā faciēte ín mōte. popul⁹ fecit vitulos
aureos. ⁊ postquā medерūt surrexerūt ludere coram eis. id est. ipos
adorare cū ludis et clamore. Quod cernēs mopses ipos confregit i pul
uerem quē sparsit ín aquā. et bibere filijs israel mādauit et statim ap
paruit ín barba qui fuerūt autores crimínis. Tūc mopses cū filijs le:
ui vadēs de porta castror vsq̄ ad portas omnes illos q̄ habebant si:
gnū ín barba interfecerūt gladijs et fuerūt vigíntitria milia ínterfe:
ctorum. vt patz exo.xxxij. Duo vituli aurei sunt concupiscētia carnis et
cōcupiscētia oculor. Illi adorāt concupiscētiam carnis quor de⁹ vēter ē
Qui ita colūt psonā suā et ita sunt subiecti ventri sicut deo. imo ín cē
tuplo magis q̄z deo. Nā vt satisfaciāt vētri mandata dei cōtēnunt. Ista
est peior ydolatria q̄z ātiquor. q̄ illa nobilia corpa ipi adorabant scilz
solem et lunā ⁊ stellas. Sed tales adorāt saccū stercor ⁊ cibū vermúz
Illi vero adorāt concupiscentiā oculor. id est. dúitias quor de⁹ num⁹
est q̄ ꝓ ipo acquirēdo vendūt amímā dyabolo vt auar⁹. Eccī.x. Auaro
nihil est sceleſtius hic em̄ amímā suā venalē habet Et q̄ úrta sentētiā
veritatis nemo potest duobz domínis seruire. iō spreto deo seruiunt
numo Col.mj. Auaricia que est ydolor seruitus. et vere dic̄ seruitus
q̄ auarus vt seru⁹ medit oīa peiora dom⁹ et bona vēdit vt pecu:
niam augeat. Et nota hic q̄ multis accidit sicut filijs israel q̄ adorauc:
runt ydola. q̄ mopses nō redijt ita cito de monte. Sic multi qui non

recipúnt ita statim a deo quod volũt vadũt ad dúmos ⁊ sortilegos
⁊ p artẽ demonum credunt se obtinere petita·sicut fecit saul qui ait·
Coarto⁹ mihi quia dom̃⁹ recessit a me ⁊ nõ respõdit mihi neq; p
somnia neq; p duma·j·Re·xxviij· ℣ Terciũ est fornicatõ·quãdo for-
nicati sunt cũ madianitis ⁊ moabitis ⁊ dñs mãdauit moysi vt suspẽ-
deret omẽs principes exercitus ⁊ phinees fili⁹ eleasari filij aaron ar-
repto pugione ingressus ẽ lupanar p⁹ sambri ⁊ pfodit eum cũ scorto
madianiti in locis genitalibꝫ·⁊ fuerunt illa die interfecti·xxmj·mil-
apl'us aũ dicit·xxiij·milia·vt patius loquaꝫ ⁊ poti⁹ dicat m̃⁹ q̃s pl⁹.
Siquidẽ balaã docuerat balach regẽ madianitaꝫ vt pulcriores muli-
eres poneret in viis vũ transibãt filij vt cũ eis peccarẽt·et sic dom̃⁹
iratus traderet eos in manus eius·Istud pctm̃ est mirabilis poten-
tie ad trahendũ ⁊ tenẽdum·Et ideo vt dicit ambrosius·cũ omni pecca-
to potest homo pugnare·fornicatõz ãt debet fugere·et nõ cũ ipa pu
gnare·j·Cor·vj·Fugite fornicationẽ·Quia fornicatõ habet visum ba
silisci qui per visum interficit·Si em̃ volueris cũ ipa pugnare·nec for-
tior es sampsone·nec sapiẽtior salomone·nec sanctior dauid·In quo g
cõfidis·omẽs isti fuerũt victi a fornicatõe ⁊ in anima interfecti·Ideo
uerbioꝫ·vij·Fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea·Vnde helyas q̃ im
pertenitus steterat ãte regem fugit a facie iesabel·iij·Reg·xix·Greg·
Qui ẽtimentiam suã deo dedicauit habitare cum femmis nõ pãsumat·
Qui ergo vult ab hoc peccato ꝺseruari illesus oportet q̃ p abstinen
tiam ⁊ disciplinam maceret corpus suum·sicut beatus bñdictus q̃ p
cutis vulnera eduxit vulnus mẽtis a corpore·quia voluptatez traxit
in dolorem vt dicit gregorius·Oportet etiã q̃ caueat se a ꝺsortõ mu-
lierum·⁊ tercõ q̃ bñ custodiat sensus suos·⁊ quarto oportet q̃ p·ca-
stitate cõseruanda deum et sanctos depcetur·Sap̃·viij·Et sciui quoni
am aliter nõ possum esse ẽtinens nisi deus dederit ℣ Quartum est pe
ptatõ dei·id est diffidentia de deo·⁊ ponitur hic effectus p causa·quia
nanq; homo nõ confidit de deo·ideo temptat deum· In hoc peccatu
pluries inciderũt filij israel scz quãdo diffisi sunt q̃ deus non possz eis
dare terram pmissionis·⁊ quãdo diffisi sunt de aqua i deserto ⁊ de ci-
bo·Psal·Nũquid ⁊ pa·po·da·aut pa·mẽ·in deserto·Et in multis alijs
locis·vt patz nume·xxj·Temptauerũt iam me p decẽ vices· Propter
quod iratus dom̃⁹ immisit in eos serpẽtes igneos quoꝝ morsibus
omnes intetficiebantur·Sap̃·xvj·Peruersorum morsibus colubrorũz
exterminati sunt·donec moyses de mandato dom̃i fecit serpentẽ ene
um suspendẽs eum in palo·⁊ quicunq; mordebãtur aspicientes serpen-
tem statim sanabãtur·vt dicitur nũ·xxj·Hoc peccato mirabiliter pec-
cant homines·Quidam em̃ de dei bonitate diffidunt ne sibi et familie
sue in necessarijs ꝓuideat qui dat ũmentis escam iporum ⁊ pulle cor-
uoꝝ inuo·eum ꝛc·ps·Qui pascit saracenos ⁊ ũdeos qui ipm crucifixe

runt. Et solē suū facit oriri sup bonos ꝛ malos et sup iustos et iniustos
matth. v. Et ideo dant se mūstris lucris et multis peccatis. Et confidūt
plus de se q3 de deo Contra quos hiere. xvij. Maledictus homo qui
cōfi. in ho. et ho. car. brach. s. et a do. rece. cor. eius. Bñdictus vir qui cō
fidit in deo et erit dominꝰ fiducia eius. Quidā diffidūt de dei mīsericor
dia et nō credūt qꝫ deꝰ eis pcat et ideo desperāt. Gen. mj. Maior est i
niquitas mea q3 vt ve. me. Sic desperauit iudas ꝛ abiēs laqueo se suspē
dit. matth. xxvij. Quidam diffidūt de grā et nō credūt qꝫ deꝰ ꝓferat eis
grām ad penitētiam agēdam. Et ideo desperāt penitētiā facere posse
Cōtra quos esa. mj. Qui sperāt in dño mutāt fortitudinē. current et nō
laborabūt. Job. mij. Omnia possum in eo qui me ꝓfortat. Quidā diffi
dunt de dei largitate nō credētes qꝫ ꝑ paucis bonis opib⁹ dabit deus
eis vitā eternā. Et ideo nō curant bñ agere. Cōtra quos dr mat. xix. ce
tuplū accī. ꝛ vitam eternā possī. Et breuiter omnia pcā q3 ex diffiden
tia pcedūt a qua etiā pcedit tēptare deū. Quintū ē murmur cōtra
deum et ꝓtra eū qui est loco dei. In ꝟ peccatū ciderūt filij israel Nu
meri. xmj. Vtinā mortui essem⁹ in egipto quādo sedebamus sup ollas
carnium. q3 hic loquit apl̄s de illo magno ꝛ pessimo murmure chorē
dathan ꝛ abyrō. de quo habet nūi. xvij. Quādo chore assumptis secum
ducētis q̄nquagīnta leuitis de maioribꝫ q̄ ꝑ nomina ꝓsueuerāt ad ꝓsi
lia vocari. ꝛ datā ꝛ abyrō de tribu ruben murmurauerūt ꝓtra moysen
ꝛ aaron ꝑ ducatu filioꝝ israel. volētes domiari ipi ꝑpl̄o sicut moyses
ꝛ aaron et tūc aperta est terra et deglutiuit chore dathan ꝛ abyron
cum omnib⁹ suis. ꝛ ignis egressus a domino ꝓbussit illos ducētos q̄n
quagīnta leuitas. Et sequēti die omnis turba filioꝝ israel murmuraue
runt cōtra moysen ꝛ aarō dicētes. Vos interfecistis populum domini
Tunc egressus ignis a domino cōbussit. xmj. milia hominū ꝛ septin
gentos. ꝛ aarō arripto thuribulo cucurrit ad incendiū et stetit inter
mortuos ꝛ viuētes ꝛ cessauit plaga Nūi. xvij. Percussi sunt. xmj. mi
lia hominum septingenti absq3 his qui pierunt in seditōe chore. Et vo
catur ille ignis exterminator quia eos occidit extra terminos terre ꝑ
missionis. vl̄ angelus bonus qui ignē ꝑcurauit dicitur exterminator
potuit etiam eē angelus malus. quia mali ꝑ bonos ꝛ malos puniunt
Boni autē nunq3 puniuntur nisi ꝑ malos. Esto pecca to mirabiliter mū
dus est inuolutus qui murmurat de dei patiētia qua patienter tolerat
peccatores. ꝛ non statim punit eos. ꝛ ideo sine timore mala facit Eccli
viij. Quia nō ꝓfertur cito contra ma. sen. fi. ho. absq3 vl. timore perpe.
ma. Murmurat econuerso de dei iustitia qua immittit pestilentias et
famem ꝛ guerras ad puniendum mala. ij. Reg. ij. Num usq3 ad inter
fectionē tuus mucro deseuiet. Murmurat de dei prouidentia qua vni
dat multum ꝛ alteri parum. vni multos filios. ꝛ alteri nullum. vni le
tam vitam. alteri amaram. vni sanitatem ꝛ altēi infirmitatē. vni mltaꝫ

bonítates·et alteri nullā·et sic de alijs dúersitatib⁹ q̄s ín mūdo vidē⁹.
Et si pluat murmurat·sik᷑ si nō pluat·et tñ de⁹ omnía recte ꝛ ordína
te dispomít·Boetíus·Et tu q̄muis cām tāte dispositōis ignoꝛes·tamē
quātū bonus rector mundū tpat recte fieri cucta ne dubites·Mur-
murat etiā mūdus valde cōtra illos qui loco dei sunt ín mūdo sc̄z con
tra papā cardínales et alios ecclesiaꝝ p̄latos·Murmurat etiā ⁊tra re
ligiosos suos dei·Et bꝛeuiter tm murmurat mūdus q̄ septies deberz
crepare ín die·Cōtra qđ dicit sap̄·j·Custodite vos a murmura tōne q̄
míhil ꝓdest·a detractōe pcite línque ⁊c·Nota q̄ ꝓꝛie dicit murmu-
rare q̄ bona sibí collata míhil vel parū reputat·et bona alijs collata re
putat magna·et sic ꝓꝛie isti sc̄z chore dathan et abꝛō cū suis· adúsus
mopsen et aaron murmurauerūt vt pz íntuēti·xvj·c·nume·Et sic patz
primū ¶Secūdo enumeratis dúersis generib⁹ peccatoꝝ ·ac etiaz pe
nis eoꝝ·a quib⁹ nos monuit abstínere assignat ꝛ cām et rōez q̄re ab
his cauere debem⁹ dicēs·Hec oīa ín figura sc̄z nr̄ı ⁊tíngebāt illis·id
est·ꝛ culpe eoꝝ sunt figure culpaꝝ nostraꝝ ꝛ pene illoꝝ sunt figure
nostraꝝ penaꝝ vt dic̄ aug̊·Sic̄ g̊ figura míhil est respectu rei quaz fi
gurat vt circul⁹ respectu vmi·sic si inciderim⁹ símilia pcta illis· culpe
nostre ꝛ pcta nostra erūt maioꝛa·Et hoc ꝓpter sex· M ¶Pꝛio q̄
magis sum⁹ illumínati·q̄ post aduentū x̄pi omnía sunt clara ꝛ aperta
que ín veteri testamēto erāt valde velata ꝛ obtenebꝛata·In c⁹ figura
ín morte x̄pi velū templi scissum est·Ignoꝛans aūt mín⁹ peccat q̄z sci
ens·j·Thi·j·Ideo mísericoꝛdiā dei cōsecut⁹ sum q̄ ignoꝛās feci ¶Secū
do q̄ magis sum⁹ roboꝛati ad resistendū peccato · nā ex passione x̄pi
mira virt⁹ affluxit nobis ad resistēdum peccatis ꝛ ad psistendū ꝛ ope
randū bonū·que virt⁹ nobis ín baptismo applicat·magis āt peccat foꝛ
tis q̄z debilis·Vñ q̄ntū ad hoc magis dicit peccasse adā q̄z eua·q̄ foꝛti
oꝛis nature erat ad resistendū ¶Tercō q̄ magis sumus dei beneficia
cōsecuti·q̄ de⁹ nobis dādo filium suū oīa bona dedit nobis cuz ipō.
Ro·viij·Quomō ñ etiā cū illo omnía nobis donauit·Luc̄·r·Multi re
ges ꝛ ꝓphete vo·vi·q̄ vos vi·ꝛ ñ vi·et au·qui vos au·ꝛ ñ au· Mag̊ aū
peccat ⁊tra deū qui a deo plura bñficia est ⁊secut⁹·q̄z qui paucoꝛa·
Quarto quia virtus peccati ꝛ dyaboli magis est dimínuta· nā dyaboꝛ
lus est ín ínfernum ꝓiectus ꝛ ibi religat⁹·qui mírabiliter homines tē
ptabat·et toꝛmētabat Iohānis duodecimo·Nūc prínceps huius mōi
eiscietur foꝛas· Similiter cōcupiscētia peccati eneruata est p sacramē
ta noue legis·Roma·vj·Vetus homo noster simul crucifx⁹ est·id est·
cōcupiscētia mali·vt destru·coꝛ· pec·Magis autē peccat mínus impul
sus ad peccandum q̄z qui multum·et quātū ad hoc mínus peccat mu
lier peccato carnis q̄z vir· ¶Quínto quia medicíne ad omnez moꝛbū
peccati delendum ín nouo testamēto efficacissime sunt parate·quia sa
cramenta noue legis·cōtinent gratiam·et efficiūt qđ figurāt·quod nō

faciebant sacramēta ꝛ sactificia veteris legis·Hebr·ix· Que nūquā pñt iuxta ꝛscientiā pfectū facē seruientē Et iō si tales medicinas negligi⁹ magis sum⁹ culpabiles ¶Sexto qz maius allectuum habem⁹ scz pmium eternū qđ statim nob repmittit Illi aūt omnia mādata di ob seruātes ad infernū descēdebāt· Vnde ꝓpter omnes iusticias patrum veteris te· nunqz fuit dēm alicui·Hodie mecū eris in padiso sic latroni solum ꝓpter vnā ꝛfessionē·ꝛ ideo magis sumus culpabiles si tantum pmium ꝛ ita ꝓpinquū negligamus·Videm⁹ em mō homines qui ñ curant bñfacere·qz vsqz ad mortē differūt accipe pmium·Quid g̃ debebant illi facere qui in morte nō ꝛsequebant·Hebreoꝝ·ij·Proptēa nos abundātius obseruem⁹ ea que audiim⁹ ne forte supefluamus Si em omnis puaricatō ꝛ inobediētia accepit iustā retributionē mercedis quomodo nos effugiem⁹ si tantā neglexerim⁹ salutē·Et idō sic peccata nostra sunt maiora ita pene nobis maiores reseruāt·quia illi puniebant tpaliter pro legis transgressione·nos aūt eternaliter·Hebreoꝝ·x·Irritam quis faciens legē mosi sine vlla miseratōe sub duobus vel tribꝫ testibus morit·quantomagis putatis duriora mereri supplicia qui filium dei cōculcaverit et sanguinem testamēti pollutus duxerit·Et ideo hec omnia ad correctionem nostram scripta sunt in quos fines seculorum deuenerūt·Sicut em christus est finis omnis legis ꝛ omnis rei·vt dicit apostolus ad romanos decimo·et johā·apo· primo·ita etas nostra in qua christus nat⁹ est·finis est omniū aliaruz etatum·quia omnes alie etates ꝛ que in ipis facta sunt ordinata fuerunt ad istam etatem·ꝛ ad ea q̃ in ipa fiūt ꝛ facta sunt·Et sic pz scdm· ¶Tercō ex his que dicta sunt de penis peccatoꝝ reddit nos cautos contra duo·Primo cōtra casum in peccatum·Et hoc est ·Itaqz qui se exist·sta·vi·ne·ca·id est·qui se credit in statu gratie esse·videat vt cōsideret ne de gratia cadat in peccatum·Secūdo ꝛtra tēptatōnis impulsum ad casum·Et hoc est·Tēptatō vos nō app̃·misi humana·i·tēptatō leuis sine qua presens vita duci nō potest·Ia·j·Vnusquisqz temptat a concupiscentia sua·j·Iohānis primo·Si dix·qz pec·ñ habe·nosip·sedu· ꝛ veritas in nobis nō est·Recipe ergo temptatōes dyabolicas carnales ꝛ mundanas in corde ꝛ nutrire eas·est magn⁹ impulsus ad casuz· qua de facili cadit homo talia cogitādo·ps·Beatus qui te·et alli·puusu·ad pe·Et sic patet tercum· ¶Quarto postq̃m per magnas penas nos exterruit·subleuat p spem ne timor ad desperationem inducat· Subleuat aūt p spem ex duplici diuine bonitatis affectu ¶Primus est ꝓtegēdo ne irruat immoderata tēptatō·Et h̄ est·Fidel· de·q̃ non pa·vo·temp·tēptatōnis cohibēs impetum·sup illud qđ potestis ferre Hiere·Bellabunt aduersus te et nō prevalebūt ·quia ego tecum sum vt liberē te dicit domin⁹ ¶Secūd⁹ est ꝓmouēdo p ipam tēptatōem in melius·et pstando robur ad resistēdū·Et h̄ est·Iz fa·cū temp·puē·

scz bonū dando robur ꝛ astantiā vt posſ. susti. ꝛ sic vincere. Eccī. xxxvj. Timēti deū nō occurrēt mala ꝙ ín temptatōe deus illū ꝓseruabit et liberabit a malis Esa. xl. Qui dat lasso virtutē et his qui nō sunt fortitudínē et robur multiplicat. Sic em dꝰ dat tēptādi licentiā. sic dat tēptato misericordiam. Dañ. mj. Angelus dñi de. ín fo. ꝛ fe. me. for. q̄si ven. ro. flan. Gen. vij. Multiplicate sunt aque scz tribulationū ꝛ tēptationum ꝛ archa ex opposito est eleuata vt nō mergerēt. Est aī ꝓuētꝰ quē deus cū temptato facit ín tēptatōe quíntuplex. Primꝰ est suiipsius ꝛgmtō. Eccī. xxiij. Qui mittit dísciplínā q̄si lucē. In eodez. xxxvj. Qui nō est tēptatus qualia scit. Esa. xxviij. Et tm̄ vexatō dabit íntellectum. Secūdus est maioꝛ sui humíliatō. ps. Afflictus sum ꝛ humiliatus sum nímis. Tercíus est ad alios ꝓpassio. Eccī. xxxj. Intelligeque sunt ꝓximi tui ex teipo. Heb. nij. Nō habemꝰ pon. q̄ nō posſ. compati ínfir. no. tē. aūt p omīa. Propterea pmísit dꝰ cadere caput nostꝝ vt alijs cōpatereť. Quartꝰ est deuotōnis excitatō. Psal. Ad dominū cum tribularer clamaui Osee. vj. In die tribulatōnis sue ma. cōsur. ad me. Quíntꝰ est eterna coronatō. Iac. j. Beatꝰ vir q̄ suffert tēptatōz qm̄ cū ꝓbatꝰ fue. ac coꝛo. vite. Et sic pz q̄rtū ꝛ ꝛ̄ter totū de epla

## Dominica. x. de euangelio sermo LXXXIIIJ.

QVm aꝓpínquaret iesus hierosolímā vidēs cíuitatē fleuit sup illā. Luc. xix. Sic dicit boetíus ín libꝛo de cōso. phie. ꝓsa ꝓma libꝛo. ij. Nō sufficit q̄ añ oculos nr̄os situm ē íntuerí. sed rez exitꝰ ꝓudētia metiť. Mō em dotať multis virtutibꝫ vt ad mlta respicere debeat. ꝛ ínter illaſ maxie ꝓudētia ínsignítur vt p̄sentia dísponat ꝛ ordínet ꝛ a futuris malis caueat. Deberz nā q̄ hō merito cōfundi cū bestie modica naturali ꝓudētia vel astutia sibi cōcessa ita bene vtūť. Proū. vj. Vade ad formicā o piger ꝛ cōsi. vi. eius. Matth. x. Estote ꝓudē. sicut serpē. Mō aūt pfecta rōe ꝛ ꝓudētia a deo sibi traditis ín nullo vult vti. sed omíno vult víuē sicut bestia. q̄ deus valde habet ꝓ malo scz q̄ hō tpus gre ꝛ virtute plenū nō íntelligit. ꝙ q̄tercunq; potest p̄ntem leticiā amplexať. ꝺ futuro malo penítus níhil curans. De hac g̃ materia p̄s euāgelium loquiť. ín q̄ duo ꝓncipaliť cōtínenť. Primū ē fletꝰ xp̄i sup cíuitatē ꝛ cíuiū futurā subuersionē. In ꝓncipio euāgelij. Secūdū est ꝓdictō euentus malorum ꝓmētis obcecatōe ibi. Et quidē ín hac die q̄ ad pacē ꝛc. Nūc aī absc̄ódita sunt ab oculꝭ tuis. Tercíū ē reuerētia ꝛ honoꝛ a xp̄o tēplo exhibitꝰ ín illicitoꝝ electōne ꝛ doctrīne effusione ibi. Et íngressus iesus tēpe. eíjcere emen. ꝛ vē. ꝛc. ꝛ erat quot. do. ín tem. Primo ergo pomit fletus christi super cíuitatem ꝛ cíuiū futurā subuersionē. quia videns iesus cuitatem scílicz ín magno tripudío letantem. hoc em fuit i dominica olíuarum. fleuit super illā dicens q̄ si cognouisses ꝛ tu supple

fleres·id est·si agnosceres tu mala tibi vētura sic ego agnosco qz om
nia sunt mihi pntia·nā vt dic boe·que sunt q̄ fuerūt veniētq; vno in
tuitu cernit·tu fleres cōpassa tibimetipi sic ego fleo·Sz qz nō aspéas
nisi pntia bona q̄ mō in pace possides·iō nō fles sz letaris·Et sic in hac
pte exēplo xpi monemur ad duo ¶Primo vt pccori gaudēti et ū p
spiciēti mala sibi futura nos ea ipi ānunciemus q̄ sunt septē· N
¶Primū est denudatō omniū bonoz pntiū Nā pctōr in morte omna
pdit·animā em asportat dyabol⁹·corp⁹ comedūt vermes·z bona tpa
lia dumdūt asangnei·Iob·C⁹ messem·i·carnē famelic⁹ comedet·s·ver
mes·et ipm rapiet armat⁹·i·dyabol⁹ capiet ei⁹ animā·z bibēt sitiētes
diuitias eius·i·cōsangúnei·q̄ eas desiderāt·Luc·xij·Stulte hac no·re
a·t·a te·z que paras cui⁹ er·V Scdm est puatō omniū bonoz spualiuz
sz meriti passionis xpi z suffragioz eccie·ac etiā ppioz bonoz·Ma
thei·xxv·Omni hūti dabit z abū·ab eo aī qui nō habz et qd videt hre
aūt·ab eo·¶Terciū est occursus demonū·Tre·j·Oms psecutorz eius
apprehēderūt eā inter angu·Bern·O anima qs erit ille pauor·cū tibi
occurrētia cateruatim illa teterrima mōstra videb·ad cui⁹ cōfugies au
xilium·Hic cadit exemplū illius romani de quo dic greg·in dyalogo
qui in morte vertebat oculos·et clamabat petēs inducias vsqz mane
et statim mortu⁹ est V Quartū est inutilitas penaz qz p oīes penas
quas patiet·nec purgabit·nec misericordiā dei flectet·z si minima de
illis hic pateret ab omnib purgaret z vitā eternā mereret ¶Quintū
est maudita confusio·nā omnia pcta eius denudabūt·Dan·vij Iudiciū
sedit z libri apti sunt·i·conscientie·Et qui nō fuit filius dei ad clamorem
omniū ad furcas inferni suspendet et sic suspēsus sp apparebit·Mic·xx·
Confundāt vehemēter qz nō intellexerūt oppbrium sempiternū·
V Tertū est sepatō a deo z ab omnib electis q̄ erit principalis pena in
damnatis·Matth·xxv·Discedite a me ¶Septimū est applicatō ad intor
lerabilia tormēta·Iob·xxmj·Ab aquis niuiū trāseūt ad calo·nimium
Apoc·Missi sunt i stagnū ignis z sulphuris V Secūdo monemur vt
vano gaudio mūdi fletū et tristiciā pferam⁹·Et hoc ppter quattuor·
¶Primo qz nihil vel modicū durat Iob·xx·Gaudiū ypocrite·id est·
mundi ad instar pūcti·qz tot⁹ mund⁹ est ypocrita·Exemplū hui⁹ pz
in xpo·Nā quādo xpc sic fleuit fuit suscept⁹ cū magna gla·s·i die pal
marū·et nō nisi quattuor diebz elapsis fuit summe confusus z vituperatus
Nam cui prius vestimēta pternebāt in via·ecce suis eruit z sorz su
per ea mittit·et cui prius ab omnib est clamatū·Benedict⁹ qui venit
in nomine domini·statim postea dēm est·vach qui destruis tēplū dei
et a quo sal⁹ et sanctificatō tanqz a vero deo petebāt·tāqz re⁹ cū latro
nibus ad mortē fuit p⁹modū cōdemnat⁹·De h habes in dnica ramis
palmaz in principio V Secdo qz gaudiū mdi demtat hoiez et infatuat·
est enim sicut forte vnū·qd q̄ nescit tpare infatuat·dz aī tpari memoria

aduersoꝝ q̄ ín talí gaudio pluribꝫ acciderūt·et que pñt accidẽ·Eccī·xj·
In die bonoꝝ ne īmemoꝛ sis malorꝝ Eccī·vij·Coꝛ sapiẽtis vbi tristicia
est·Cor stultoꝝ vbi leticia·Īō salomonẽ deseruit sua sapia q; leticiam
ad gaudiū mūdi nō tẽpauit·nec ꝓhibuit coꝛ suum q̄n oīi voluptate
fruereť·Tristicia vo erudit·Eccs·vij·Melús ẽ ire ad domū luct9 q̄;
ad domū conuiuij·ín illa em finis cūctoꝝ admo·homí·et viues eo·quid
futuꝝ sit·Et recte ibi finis cūctoꝝ hominū edoceť·nā diuersi sunt fi;
nes hominū·nā quoꝛūdam fines sunt dúntie·q̄rūdam honoꝛes·q̄run;
dam·voluptates·q̄rundā potētia·quorūdā filij ꝛ ꝛsangnei·ꝛ quoꝛūda;
finis est deus ꝛ bona opa Isti fines aperte mōstrāť ín moꝛte·nam de
omnibꝫ dúntijs hō míl secū poꝛtat mísi modicū cilicīū·Iob·xxvij·Duef
cum doꝛ·míhil secū ausfe·Monoꝛes hominẽ totalíť derelínquūt·nā re;
condiť sub teꝛa vbi ab oīibꝫ suppeditať·Iniere·xxnj· Sepultura alí;
ní sepeliet putrefact9 ꝛ ꝓiect9 extra poꝛtas hꝛm·Coꝛpus vo qđ ita
delicate fuit nutritū fit cibꝫ vermīū·Treñ·mj·Qui nutriebāť ín croce
is amplexati sunt stercora·Esa·mj·Subt9 te sterneť tinea operīmtuꝫ
tuū erūt vermes·Potētia vo vndiq; subtrahiť·nā fasciať vt puer et ꝛ
ter duos lapides repomť vel recludiť·ij·Macħ·ix·Is qui sibi videbať
fluctibꝫ maris impare ꝛ montiū altitudínes ín statera appendẽ supra
moduꝫ ·ín gestatorio portabať·Filij vo et ꝛsanguinei derelínquunt
Treñ·j·Omnes amici ei9 spre·eā·Sola bona opa comitāť·Amb·Sola
misericoꝛdia comes est defunctoꝝ·Apoc·xnj·Opera em il·se·il·De9
etiā mittit angelos ꝓ anima ad celū deferēda·Lu·xvj·Factū ẽ vt mo
reꝛeť mendic9 ꝛ poꝛtareť ab angel9·Et sic patet q; sol9 deus ꝛ bōa ope
ra sunt ꝓ fine habēda·cū ín morte nō derelínquet·Eccs·xij·Time deuꝫ
et mandata eús obserua hoc est em oīs hō ℣ Tercō quia cum haben
tibus gaudia mundi·foꝛtuna pernicōse ludit·Boeti9·Cum hís quos
elidere títitur·s·fortuna·blandissimā familiaritatem habet·Idē·Hūc
cōtinue ludimus ludum rotā volubili orbe versamus ínfima sum mis
et summa ínfimis mutare gaudem9·Cum hís vero qui tristantur foꝛ
tuna nullū cōtuberníū habꝫ ¶Quarto quia gaudúm mundi ad dolo
rosum finem adducit·Prou·xnj·Extrema gaudij luctus occupat·Qꝛ
vel homo dimittit gaudia scꝫ per mortem·vel gaudúm dimittit ho;
mínem per adúsam fortunā Et vtꝫq; est doloroſum· De primo eccī·
xlj·O morſ q̄m amara est memoria homini pacem habenti ín diuitijs
et adhuc valenti capere cibū·De secūdo boetus·Infelicissimū genus
diffortunij est fuisse felicem·Eletus vero ꝛ tristicia ducunt ad bonum
finem scꝫ ad consolationem eternā·Matħ·v·Beati qui lugent quoniā
ípi consolabuntur ℣ Et nota q; prout ex scriptura sacra haberí
potest·quíntuplex est fletus xp̄i qui signat quíntuplicem fletum quē
ín hac vita habere debemus ¶Primus est fletus ínfantie·s·ex ínfan;
tili necessitate·sicut cantat ecclesia·Vagit ínfans ínter arta posi·prese·

Sap. vij. Et primā vocē similē oīb emi·plo. Qui signat fletū quē habere debemus p incolatu pītis miserie. Augustīn⁹. In valle mīe sumus. in qua eo magis est flēdum quo mīus flemus. Idē. Puer qui nascitur a ploratu incipit. nec ridere potest. lacrime sunt testes mīe. statim nat⁹ plorat. nōdū loquitur. z iā est pphēta sue calamitatis. Ista miseria incipit in natūitate. in vita ꝺtinuat. z ptendit vsq; ad mortē. Ideo vita hūana fluuio ꝺparat. Vñ fluuius in principio z i fine amaritudinē habz q; a mari oritˇ z in mare regreditˇ. z in medio habz cōtinuā labilitatē. Sic z natūitas nostra est amara. q; caduca. vita amari or. quia labilis. mors amarissima. quia periculosa. Secūdus ē fletus quo fleuit sup lazarū mortuū ex imenso amore ad vitā eū reuocādo. qui signat fletū quē habē dēmus sup istos qui mortui sunt in peccatis. Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquā z oculˇ meis fontē lacrimaꝝ z plorabo die ac nocte interfectos pp̄l mei Augustīn⁹. Multi male gemūt z ego ꝺpassionē habeo his qui male gemūt. amisit numū z gemit. amisit deū z nō gemit. Eccī. xxij. Sup mortuū plora defecit enim lux eius z sup fatuū plora defecit em sensus eius. Et sequitˇ. Luct⁹ mortui septē dies. fatui aūt z impij oīes dies vite illoꝝ. Ex quib verbis habetur q; tres plorādi sunt. s. mortu⁹. fatuus. z impius. hz differenter Mortuus est plorādus paruo tpe. fatu⁹ toto tpe vite sue. impius in tota vita z post vitā. Tercius est flet⁹ quo fleuit sup ciuitatē ex nimia ꝺpassione vt hic. qui significat fletū quē habē debem⁹ p calamitatibus miseroꝝ. ij. Cor. xj. Quis infirmatˇ z ego nō infir. quis scā. z ego nō vror. Iob. xxx. Elebā quondā sup eo qui afflictus erat z ꝺpatiebatur anima mea paupi. Et ista ꝺpassio fuit amarior in xp̄o q; in aliquo alio. Et ratō est quia aliquādo ꝺpassio causatˇ ex amore naturali scdz qđ homo aliquē naturaliter diligit. z ideo naturaliter homo cōpatitur homini afflicto. imo nō videtˇ homo hz bestia crudelior qui homini ñ cōdolet. sed quia amor iste puus est. ideo parū mouet. Aliquādo causatur ex amore accidētali fm qđ homo diligit hominē quadā amicicia tpali. et ex tali amore cōpatitur amico dolēti nō tm̄ quia homo hz etiā quia amicus est. Iste amor magis mouet q; pmus. Aliquādo vo causatur ab amore spirituali quo quis diligit hominē in deū z fm deum et iste amor est maior q; prim⁹ z secundus. non tm̄ q; facit duo corda vnum esse. vnde multitudinis credentiuz erat cor vnū z anima vna. hz etiam q; sint ambo vnius corpis mistici mēbra. et ideo si dolet mēbrū vnū ꝺpatur et alia. Et q; iste amor magis fuit in xp̄o q; in aliquo alio. iō in eo fuit maior cōpassio. Quarto ē flet⁹ q; fleuit in cruce ex nimio dolore Heb. v. Cū clamore valido z lac. offerēs exaudit⁹ est p sua reuerētia. Qui higt planctū ꝺpūctōis quē debēt hre illi qui i cruce penitētie sunt. Psal. Lauabo p singulas noctes. id est. p singula

peccata lectum meū·id est coꝛ meū et faciē meā Sic fleuit et lauit ma
gdalena ꝛ mūdata ē·Sic fleuit ꝛ lauit petr⁹ pcēm suū·Lu·xxii·Egres
sus foꝛas fleuit amare·Quidā ridēt peccata sua ꝛ cum risu cōfitent ea
et ideo nō delēt ea·V Quint⁹ flet⁹ est ex viscerosa pietate quo chriſt⁹
fleuit sup casum iude·Vñ augustin⁹ in quodā ſmone Noster redem
ptoꝛ delictū iude ploꝛauit vt euāgelista ait·cū vidiſſz eū turbatus est
dixit vn⁹ ex vobis me tradet·quāta miſticoꝛdia dei tradit⁹ p traditoē
dolet·pditus p pditoꝛe turbaꝫ·p qd daꝫ intelligi q dēmus flere pre
latos ꝛ clericos quādo cadūt q eoꝝ casus est valde periculosus· Sic
ēm bonus sacerdos vocaꝫ angel⁹·malachi·ij·sic mal⁹ vocaꝫ dyabolus·
Ioh·vj·Nōne vos duodecim elegi ꝛ vn⁹ ex vob dyabol⁹ ē· Vñ crisō·
Nihil tm destruit eccliaz dei sic q clerici deterioꝛes sunt laycis Ad id
biero·dicit·vnj·q·j·Qualis·Et sic pz ꝑmū Secdo ꝑdicit euēt⁹ malo
p mētis excecatōe·Vñ ait·Et qdē in hac die tua in qua gaudes et ſm
carnē ꝛ nō ſm spūm viuis·q ad pacē tibi eueniūt scz dūntie·delicie et
honoꝛes·in qbz ꝛsistit pax mūdi·q ē pax inoꝛdinata·simulata ꝛ coiq
nata siue in qua·Inoꝛdinata ē q dns obedit suo ꝛ superior inferioꝛi scz
anima coꝛpi ꝛ rō sensualitati·Proū·xxx·Per tria mouet terra p suu
cū regnaūt·p stultū cū satiat⁹ fūt cibo ꝛ p odiosam mulierē cū i ma
trimoniū assumpta fuit·Iste seru⁹ ꝛ stult⁹ ē coꝛp⁹ ꝛ odiosa mulier·que
dū regnat in hoīe assumit in mrimoniū·ꝛ aia fit ancilla Simulata ē q
mund⁹ pacē videt dare homi·ꝛ infert ei magnā guerzā·s·cū deo·Iob
ix·Quis restitit ei ꝛ pacē habuit Sic iudas dedit pacē xpo ꝛ fecit eum
capi·Talē pacē dedit ioab abner·d·Salue mi frat ꝛ apꝛehēdēs mētuz
eius cū alia manu infixit gladiū in viscera ei⁹·ij·Re·xx·Coiqnata est
siue inqua·q pax mūdi ē de malis ꝛ turpib Proū·ij·Letāt cū maleꝛ
fe·ꝛ ex·in reb pessimis·Propterea dicit ps·Zelaui sup inquos pa
pec·vi·Sic pacificati sunt herodes ꝛ pilatus sup moꝛtē christi·Hāc pa
cem venit christus destruē·Luc·xij·Putatis q venerim pacē mitere
in terꝛam·Nō dico vobis ſz sepatōem·Matth·x·dicitur·Nō veni mit
tere pacē ſz gladium Hec pax claudit oculos mundanoꝝ ne videant
mala vētura sup eos·Vnde sequitur·Nunc aūt abscōdita sunt ab oculꝫ
tuis scz mala sup te ventura·Et que sunt ista mala·ostēdit dicēs·quia
veniēt dies in te romane obsidionis·ꝛ circūdabunt te inimici tui sup·
romani pncipes vallo scilicz p cathenationē factam de vallis· id est·
de palis ligneis·Nam vallus ē palus·ſz vallum est ista cathenatio fa
cta de palis·Tres enim aggeres siue fossata dicūt fecisse cit⁹ ꝛ vespasi
anus sup hꝛlm in circuitu ei⁹·ꝛ in prio fecert vallū·Silr circūdabūt te
p exercitū bellatoꝝ circūqqz dispositū·ꝛ coangustabūt te vndiqz scz p
machinas ꝛ balistas vndiqz erectas·ꝛ ad terzā proꝛsterneūt te scz capie
do·ꝛ filios tuos qui in te sunt capiēdo·occidēdo·ꝛ dispergēdo· ꝛ non

relinquēt in te lapidē sup lapidē penitus et funditus destruendo vt dicit iosephus. Et causaz hꝰ cladis et eúsionis subdit d. Eo q nō cognoueris tpus visitatōnis tue. Hiere. vnj Miluꝰ in celo cognouit tpus suū. turtur et irūdo z ciconia custodierūt tpus aduentus sui. populꝰ aūt meus nō cognouit údiciū domini. Et nota q hoc totū quod xpc predicit de euersione hierlm completū est ad literā. Post euersionē em hierlm redeuntibꝫ romanis romā. údei qui in spelūcis et siluis latuerūt. redierūt ad cuitatē et ceperūt loca sancta venerari z reedificare. Qd audientes romani miserūt hierlm heliū adrianū qui funditus eā euertit ita q lapis sup lapidē nō remānit. Postea dictus helius edificauit modicā cuitatūculā nō in eodē loco ꝫ in loco vbi moderna hierusalē sita est. et a nomine suo helpā nominauit. et longo tempe sic dicta est. Quod ptz ex hoc q locus in quo crucifixꝰ est dominꝰ. et ortꝰ in quo sepultus est in medio cuitatis sunt. ante erant extra. Ex quo ptz q romani sicut nabuch. fuerunt flagella et virga dei extra údeos. Sed sicut pater quādo verberauit filiū vsq; ad mortē pijcit virgā in ignē. sic deus precit romanos ꝓpter peccata sua. z ab alijs flagellati fuerūt et quasi ꝟsumpti. q deus vnū peccatorē p aliū punit. Et nota q hec euersio facta fuit in mense augusto ꝓpter quod hoc euāgelium legit in mense augusto et recitat. ℣ MORALITER autē ad nostram edificatōnem hec contingunt in anima peccatoris. et primo in vita. Secundo in morte. In vita quidē q anima in peccato circūdat in suggestione et interiori a ꝓpria concupiscentia. et exteriori ab alijs creaturis. Psal. Circūdantes circūdederūt me. Coangustatur in delectatione. pstermitur in cōsensu. et tunc capitur cuitas anime. et tunc etiā filij eius scz bomi motus vel mores si qui erant in ea repugnātes similiter psternūtur. et nō relinqtur in ea lapis sup lapidē in consuetudine actōnis p quā paulatim aīma misera tota dissoluit. Iste ordo ponit iob. xvi. Circūdederūt me lanceis suis. Ecce primū. Lancee em dyaboli sunt suggestiones eius. cōuulnerauit lumbos meos. Ecce secundū. In delectatōne em peccati cōuulnerātur lumbi tā interiores aīme qz exteriores corporis. et effudit in terra viscera mea. Ecce tciū. Viscera em aīme. id est. affectōnes effunduntur in terra in cōsensu. concidit vulnere me sup vulnꝰ. Ecce quartū. In morte aūt peccator circūdatur a demonibꝫ p horribiles visiones z interiores z exteriores. qui stant parati rape animā eius. Iob. xx. Vadent et venient sup eū horribiles. Coangustat vndiq; p peccatoꝝ suoꝝ recordatōem q replicant ei demones vt inducāt eū in despatōnem. Sap. nj. Veniēt in recordatōnem peccatoꝝ suoꝝ timidi. Et iō in morte nō debent pcca sua reducci peccatori ad memoriā ꝫ solū misericordia dei et passio xpi. et quō ad vnū verbum pepcit latromi. Prosternit in corpis et anime dissolutōe quādo corpus in terrā pijcitur z anima in infernū simul cū filijs suis.

id est·cū opibus suis·Gen̄·nj·Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris·Lu·xvj·Mortu⁹ est diues et sepul·m infer·Nō relinquet in eo lapis sup lapidē in pene solutōne in qua etiā de minimis reddet ratōez·Math̄·xvnj·Nō exies inde·do·no·quadr·red·Et hec oīa ideo euenient ei· qz nō cognouit tpus visitatōis sue nec in vita nec in morte·O carissi mi timeam⁹ et nos hanc euersionē qui pluries visitatōem ei⁹ cōtem⁹ plim⁹ nec eā cognouim⁹·cū tn̄ visitatio ei⁹ circa nos multū melior est qz circa iudeos·¶Q Vbi nota qz q̄ttuor sunt valde periculosa in pcō re·Primū est insensibilitas pcōris·Si em̄ peccator cognosceret quot mala p peccatū incurrit·et quot bona pdit et in p̄senti ⁊ in futuro po· tius vellet mori q̄z peccare·Et ideo iusti qui hoc cognoscūt pot⁹ eli· gūt tormēta et mortē q̄z pcāre·Dan̄·xnj·Melius est mihi incidere in manus hominū q̄z derelinq̄re legē dei mei·¶Secūdū est cōtem· ptus medicine·Christ⁹ em̄ parauit medicinas efficaces ad oēm mor· bū anime expellendū scz sacramēta eccie·quas gratis mādauit dare· vt p impotentiā null⁹ excusaret·Luc̄·x·Gratis accepistis gra·da·Pec cator aūt has medicinas ꝺtemnit·ps·Omnē escā abomi·est aia eor· ¶Terciū est corrupt̄ palati anime·Habet em̄ peccator ita corrupt̄ palatū anime qz mala sibi sapiūt bona·et bona sibi sapiūt mala·Aug⁹· Palato nō sano pena est panis·q̄ sano est suauis·⁊ oculis egris odio sa lux q̄ puris est amabilis·Nūr·xxj·Nauseat aia nostra sup cibo isto lemissimo·¶Quartū est indurat̄ mentis quod est peius omib⁹·quia nec verba nec vbera nec bn̄ficia p̄sunt·Exemplū de pharaone·j·Reg̃· vj·Quare aggrauatis corda vestra sic̄ aggrauauit egiptū ⁊ pharao· Eccī·nj·Cor durū male habebit in extremis·¶R Vbi sciendum qz xp̄c in dece magnis bn̄ficijs nos visitauit et quotidie visitat· que solus nobis xp̄ianis ꝺfert·Primū est qz de seruitute dyaboli nos eripuit· ⁊ regenerauit in filios dei omib⁹ alijs in eadē seruitute relictis·Iob̄·vj· Nemo p̄t venire ad me nisi pater qui misit me trax·eum·Hoc totū fit in baptismo qui opatur in virtute passionis christi·in quo eripitur de seruitute dyaboli·et fit filius dei·Col̄·j·Qui eripuit nos de pote· state tenebraꝝ et tran·in reg·fi·di·s·j·Iob̄·nj·Videte qualem caritatez dedit nob̄ deus vt filij dei nominemur et simus·Qz a christo dicunt christiani·¶Secundum est quia a vinculis peccatorum nos absoluit omnibus alijs ligatis remanentibus in peccatis·Est enim peccator magnis catenis ligatus·ita qz nō possit ire quo vult·sed ducatur quo non vult·Prouer·v·Funibus peccatorum suorum quisq̄ constringi· tur·Vnde ap̄lus in p̄sona peccatoꝝ ait·ro·vnj·Non quod volo bonū hoc ago sed quod odi malum hoc facio·Ab his vinctis nos absoluūt sacerdotes vice christi·Solo enim petro et successoribus ei⁹ date sūt claues absoluendi peccata·Math̄·xvj·Tibi dabo claues regni celoruꝫ et quodcūq̄ sol·super ter·erit solutū et in celis·Nota etiā de leone

de quo dicit in esopo cui quidā extraxit spīna de pede qui postea cō
demnatus et leonib⁹ tradit⁹ ad deuorandū dictus leo defendit eū
Terciū est qz veste omniū virtutum et donoꝝ spūssancti nos induit
oīnibus alijs remanētibus nudis Esa xlix Mis oīnib⁹ velut ornamē
to vestieris Hec est illa vestis polimita quā iacob ꝟ xp̄c fecit ioseph
id est homī christiano Gen xxxvij Hec ē illa vestis que fecit nos di;
gnos cōuiuio eterno quā ille nō habens expulsus ē de nuptijs matħ
xxij Et nota hic qz quidā furant hanc vestē sicut pilat⁹ furat⁹ est tum
ca īcōsutilē christi illi scz qui vadūt in vestimētis ouiū intrinsec⁹ aūt
sunt lupi rapaces vt ypocrite et heretici Multi sunt sicut vulpes que
habet optimū coriū et malas carnes ¶ Quartū est qz in fide vera et
doctrina nos instruxit que in nullo alio popl̄o requiescūt nisi in no
bis quod est magnū beneficiū ps Nō fecit taliter oīni natōi et iudi
cia sua manifestauit eis Facile ē xp̄iano saluari sed oīnib⁹ alijs quasi
impossibile vt dixit semel quedā demoniaca Et hoc qz nō sunt nutri;
ti in vera fide ¶ Quintū est qz corp⁹ et sanguinē suū nobis ad man;
ducandū sub specie panis et vini instituit omnib⁹ alijs in solo pane
corporali relictis qui est in infimitū maioris virtutis q̄z māna vt pa;
tet in iohanne vi qz iste cib⁹ dat vitā ppetuā sed nō manna ioħ vj Si
quis mandu ex hoc pane viuet in eternū Iste cibus ꝛtinet gratiam
dei sed nō māna Itē purgat pcā sz nō māna Itē ꝛūtit comedētē in se
ipm et nō ꝛūtit in comedentē sicut māna vt dicit aug⁹ ¶ Sextū ē qz
efficacissima medicamēta contra omnes aīme morbos nobis reliquit
scz sacramenta eccie omnibus alijs infirmantibus et morientib⁹ sine
aliqua medicina ps Qui sanat omnes infir tu In nullo enim populo
inuenitur aliqua medicina contra peccatum nisi in populo christia;
no Aug⁹ Non est locus veri sacrificij in toto mundo extra ecclesiaz
catholicam ¶ Septimū est quia totā autoritatem suam et vicarium
suum in christiano populo dereliquit Matħ xvj Tu es petrus et su
per hanc petrā edificabo ecclesiā meā Et tibi dabo claues regni celo;
rum Petrus autez pater et pastor est ppli christiani Omnes autem
alij spuales a patre ꝛ christi vicario sunt penitus destinati Luce Qui
vos audit me audit ¶ Octauū est quia nos exules a ciuitate nostra
quotidie in eam reducit omnib⁹ alijs extra dimissis Iohan xiij Ite;
rum veniam et assu vo ad meipm vt vbi ego sum et vos sitis Nota
hic quantā reuerentiam faciebant guelli regi karolo qui p ipm redu;
cti fuerant ad terras suas j Macħ j Felix dies in qua reuersus es ad
terram tuam ¶ Nonū est quia heredes regni celestis nos fecit om;
nibus alijs exhereditatis et extra hereditatē regni celestis pjectis
Matħ viij Multi venient ab oriente et occidente et recumbent cum
abraam ysaac et iacob in regno celoꝝ Filij aūt regni ejicient in tene;
bras exteriores ¶ Decimū est qz thesaurū suū scz meritū sue passiōis

nostris ꝑlatis nobis dispẽsandũ relinq̃t·vt patet in indulgẽtijs q̃ tantũ valẽt q̃ntũ sonãt q̃ solũ in nr̃o ꝓꝓo inueniunt·Virt⁹ etiã sue oratõis q̃ maxima ẽ solũ applicat nobis xp̃ianis·Iob·xvij·Ego ꝑ eis rogo nõ ꝑ mũdo·Carissimi ista sunt maxia et ineffabilia bñficia in q̃b nos xp̃c visitauit ⁊ visitare nõ cessat·Et q̃ ista bñficia nõ recognoscim⁹·imo ea ꝓtemnim⁹·ideo sic iudeos·pluries dedit populũ xp̃ianũ in direptõez et dispersionẽ vt patet in magnis psecutõibꝫ quas passa est ecclia vt tpe totyle qui totã ytaliã destruxit·Tempibꝫ etiã nostris oĩes ciuitates vltramarine xp̃ianoꝝ capte et destructe a barbaris natõibus eis sic iudei seruiũt sub tributo et quasi tot⁹ xp̃ianissimus popul⁹ in partibus vltramarinis est extirpat⁹ in quibꝫ xp̃iana religio maxime floꝛere solebat·nũc aũt nostre ciuitates a nobisipis delẽtur et ꝺsumunt. ꝑ que apparet oĩno q̃ deus est valde iratus nobis·et hoc ideo q̃ visitatõem eius nõ cognoscim⁹·Et sic ptz secundũ·¶Tercõ pomit reuerẽtia et honoꝛ a xp̃o tẽplo exhibit⁹ q̃ ingressus in templũ cepit eijcere emen·⁊ ven·de illo ad literã·In ꝓmo atrio templi fecerũt sacerdotes loca venalia vbi vẽditoꝛes et campsoꝛes erant·qõ ex auaricia fecerant vt veniẽtes ad templũ haberẽt paratũ qõ sacrificarẽt·Et q̃ aliqui nõ habebãt vnde emerent posuerunt ibi numularios a quibꝫ mutuo acciperent pecuniã·Et q̃ ꝑm legem ad vsurã accõmodare nõ debebant ideo ꝓstabant sub nomie palliate vsure scz sub noie collibioꝝ·et dicuntur collibia munuscula fructuũ·Et ideo dicit·Scriptũ est esa·lvj· Domus mea do·oza·vo·vos aũt fe·il·spe·latro·i·vsurarioꝝ·Est emm vsurarius occultus latro qui facit hominẽ mori in balneo·Hiere·vij· Nunquid spelunca latronũ facta est dom⁹ mea in qua inuocatum est nomen meũ·Et nota q̃ hanc eiectõnem oporteret q̃ dñs omni die faceret in ecclesia q̃ quotidie patrimoniũ crucifixi et bñficia ecciastica emunt et vendunt·Quod est maius peccatũ q̃z vsura vel rapina· naz in tali venditõne emit et vendit christus sicut res venalis sic iudas eũ vendidit ⁊ sacerdotes et scribe ipm emerunt·et ideo pificat peccatum spmonie peccato iude ⁊ sacerdotum qui occidi christum fecerũt Et sic patet tercum ⁊ consequenter totum·

## De epistola sermo .lxxxv.

Citis q̃m cum gẽtes essetis ad simulacra muta put ducebamini euntes ·j·Cor·xij· Ante aduentũ christi mundus diuersis ydolis seruiebat· sed ꝑ gratiam christi destructa sunt ydola ⁊ tũc alij errores pullulare ceperunt· Qua enim christus expressit tres esse in trinitate psonas ⁊ vnã essentiam trium psonaꝝ a qua oĩa bona ꝓcedunt hoc multi male intellexerunt·ponẽdo in inequalitatẽ et maioritatem in psonis ⁊ ponẽdo q̃ quedam opera ꝓcedunt ab vna psona ⁊ quedam ab alia ad quod sequebat diuersitas in essentia·Et iõ ap⁹lus in pñti epla hos errores eliminat· In qua

quidē epla q̄ttuor facit. Primo oñdit q̄ ydolatrie ac oīm̄is mali p̄n ;
cipiū actor ē dyabol⁹ ín eo q̄ suggerit et liberū arbitriū ín eo q̄ cō;
sentit. In p̄ncipio eple. Secō oñdit q̄ spūsc̄us nō est actor alic⁹ ma ;
li ꝫ est actor et p̄ncipiū oīm̄is bom̄ ín eo q̄ ad bonū monet. ⁊ dirigit
ibi. Iō notū vob̄ fa. q̄ ne. ín spū dei lo. dr. anathe. ie. et ne. pōt dr. dñs ie.
nisi ín spū. s. Tercō oñdit q̄ gr̄e gratū faciētes sūt a spūsancto et a to
ta trínitate ín eo q̄ ip̄as ínfundit ibí. Dui. aūt gr̄az sunt idē aūt spūs
et díui. mínistra. ⁊c. Quarto oñdit q̄ etiā gr̄e ḡtisdate q̄ dañ ad vtili
tatē etc̄ie sunt a spūsancto. ín eo q̄ ip̄as etiā pc̄oríb⁹ largit ⁊ tribuit
ibí. Vnícuiq̄ aūt dat ma. s. ad vtilita. alij quidē p spūz dat sermo sapie
⁊c. ¶ Primo g̊ oñdit apl̄s q̄ ydolatrie ⁊ p ꝯsequēs oīm̄is malí p̄nci
piū actor ē dyabol⁹ m eo q̄ suggerit et liberū arbitriū ín eo q̄ ꝯsen
tit. Et hoc ē qđ dícit. Scitis q̄. cū gen. es. ⁊ gētilit vuētes. d̄ noūo em̄ co
ínthij cōuersi erāt de rítu gentiliū ad fidē x̄pí. ad símulacra muta q̄ut
ducebamín. s. a dyabolo suggerēte et ín̄stigāte. eūtes. s. eratis p libe;
rū arbitriū tali suggestione dyabolice ꝯsentiebatis ⁊ ope implebatis
Sz nōne símulacra dabāt rn̄sa. quō g̊ erant muta. Ad qđ dicendū ē q̄
símulacra de se et a se muta erāt. p̄s. Os habēt et nō loquent. Sz ínter
dū demones ín eís ⁊ p ea loq̄bant et dabāt rn̄sa. deo pmittēte. q̄ pec
cata eoꝝ hoc merebant vt ín ydolis que colebant decipent et perirēt
q̄ seruiebant creature potius q̄z creatorí. Circa hoc ergo notandū q̄
quicūq̄ gentiliter vuūt adhuc adorant símulacra. Gentilit aūt vúūt
et non scdm legem chr̄stianā quícunq̄ contra legē dei querunt díui;
tias delicias et honores et huíōí mundana. Et omnes tales símulacra
adorant. Nam auari qui sup omnía querunt pecuníam. símulacrū est
num⁹ ín quo ē crux quam mund⁹ adorat. Gulosi aūt símulacrum est
bolus. Luxuriosi vero símulacrū est venter. Phil. nj. Quorum deus
venter est. Vaígloríosi aūt símulacrū est honor mundanus. non ve
rus honor qui exhibeat ín testímoníū virtutis. sed honor mundanus
qui est honor pannoꝝ et equoꝝ. Iob. xij. Dilexerūt gloríā homínuz
magis q̄z dei. Illud g̊ qđ quisq̄ p̄ omníb⁹ diligit est suus deus et suū
símulacrū vt dicit aug⁹. Oīm̄is aūt peccator ístud ín quo ⁊ ꝓpter qđ
peccat p̄ omníb⁹ diligit et plus díligit q̄z deū q̄ ꝯtra mandatū dei il;
lud querit et opat ⁊ pdit deū vt illud habeat ín omníb⁹. Et ídō oīm̄is
peccator est qđammō ydolatra et símulacrū adorat. Qui g̊ filios vel
pecuníā vel qđcunq̄z alúd p̄ omníb⁹ diligit íd adorat. nam ex índiscre
to amore ydolatría ortum habuít. Et ideo apl̄s dicendo símulacrū
omne malū dedit ín telligi cuí⁹ actor et p̄ncipiū est dyabolus et libe ;
rum arbitrium homínis. Gen. mj. Subtus te erit appetitus tu⁹ et do;
mínaberis ístius. Et sic patet primū. ¶ Secundo ostendit q̄ spūssan;
ctus nō est actor alicu⁹ mali. sed ē actor et p̄ncipiū oís bom̄. Vnde
ait. Ideo notū vobis facio q̄ nemo loquens quocunq̄z modo loquēdí

siue cordis siue oris siue opis in spū dei .i. a spū dei mot⁹ dicit aliquo mō loquēdi anathema iesu .i. diuisionē et sepatōez a iesu. hoc est id ad quod sepat a iesu sicut ē blasfemia vel alūd tale. Vel anathema iesu. id est. diuisionē iesu. vt iesu sit genitiui cas⁹. i. nō dicit iesuz diuisuz aliū sez deū a patre vt fecit arri⁹. Contra quē aug⁹. Meretrix nō pmisc diuidi filiū suū. nj. Reg. nj. z tu diuidis deū tuū. Idē introducit filiū ar rio loquentē et dicentē. Verberib⁹ aspis lacerat⁹ suz sanguinē meū fu di. aīmā meā posui vt te mihi cōiungerē. z tu diuidis me. Nec dicit ie suz diuisum a pre vt sit solū homo vt facit iude⁹ et saracen⁹. nec dicit opa iesu diuisa ab opib⁹ dei. Iob. v. Quecūq; pater fecerit. hec et filius similit facit. In eodē. xmj. Pater in me manēs ipe facit opa. Nulla ḡ falsitas ē a spūsancto circa iesuz. ꝛ oīs veritas et nemo pōt dicē ore sez pferendo et aīo tenēdo qđ est ꝓpie dicē. dns iesus. i. ꝙ iesus sit do min⁹ su⁹ et oīm nisi in spūsan. i. p spūmsan. hanc veritatē interi⁹ docē tem z cordi impmētē. Iob. xvj. Cū aūt venerit spūs iste veritatis. do cebit vos omnē veritatē. Sed nōne aliqs posset dicē praua intentōne dns iesus. Ad hoc dicendū ꝙ dicere duplicit sumit. vno mō large sez ꝓ enūciare voce qđ nō credit corde nec tenet vel ostendit ope. et hoc mō nō accipit hic. Alio mō accipit stricte sez quando id qđ ꝓfert ore credit corde et ostendit ope. et sic accipit hic. Est ḡ hic diligēter atten dendū ꝙ dū aliqđ in corde ꝛcipit de deo. et isti ꝛceptui vteri⁹ ꝛsen titur. tūc illud interi⁹ dicit in corde. qñ aūt tale dictū cordis exterius voce exprimit vel signo vel quocūq; mō tūc magis dicit. Qñ vero qs ope ostendit se sic credē tūc tot⁹ homo est quasi m dicendo et de se to to linguam facit. Duo ergo ꝑmi modi et si sint a spūsan. sez consenti re et confiteri. tñ sine tercō non introducunt in regnū celorū. Matth. vij. Non omnis qui dicit mihi dne dne intrabit in regnum celoz. sed qui fe. voluntatē pa. m. qui in celis est ip. intra. in re. ce. Jaco. ij. Fides sine opibus mortua est. Cū ḡ omne bonū his trib⁹ modis siat. scilicet corde ore et ope. et hec tria sint a spūsancto. patet ꝙ spūssanctus est actor et pncipiū oīs boni. Et sic patet ꝙ nulla diuisio est a spūsancto. nec diuisio creatoris in se vt quidaz diuidūt. nec diuisio creature a creatore qđ fit p peccatū. qz cū spūssanct⁹ sit amor. amor autē habe at vnire. manifestū est ꝙ nulla diuisio a spūsancto est et nullum pec catum. qz omne pcm diuidit. nā diuidit hoiem a deo. Esa. lix. Iniqui tates ve. di. inter vos et de. ves. Item diuidit ab angelis et a sanctis Item diuidit a congregatōne fideliū in qua non est meritū sed solum nūo. Item diuidit a merito passionis christi et omniū sanctoz et a bo nis q fiūt in eccia ac etiā a ꝓprijs bonis. Item diuidit aīam a corpore. Ro. vj. Stipēdia peccati mors. Et tandē diuidit a regno celoz. Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternū. Et sic patet ꝙ qui diui sionē faciūt in terris et m domib⁹ vel q diuisionē sequunt nō habent

spūm scūm ꝫ spūm dyaboli q̄ primā diuisionē fecit in celo et in padi-
so. et pmos rebelles ipe fecit. Et breuit sic ꝓpria opatō filij dei veme-
tis in mūdū fuit vnire filios dei q̄ erāt dispsi in vna fide et in vna ec-
clesia et in vna opatōe. ita dyaboli ē dispgé; 7 diuidé. Ioh. x. Fur nō ve
nit nisi vt mactet et pdat. Emittaⁿ aūt istū q̄ sunt ex pte istiⁿ. Sap. ij.
Siⁿ prꝫ q̄ nemo taliū pōt dicé ve et ꝓpie iesus ē dñs meⁿ nisi spūm
habeat sic veri xp̄iani. mali aūt xp̄iani false dicūt iesus ē deⁿ meⁿ. Est
em falsa discrepatō vocis a re q̄ p vocē sigficat. vñ talis ꝟfessio ē quasi
negatō. Tbi. j. Cōfitent se nosse deū factis aūt negāt. Tales sunt siⁿes
militibꝫ pilati q̄ genuflectebāt corā iesu dicētes. Aue rex iudeoꝝ. et
pcu. e. Tales sunt sigficati p istā ficū habētē solū folia cui xp̄c maledi-
xit q̄ statim aruit. Matb. xxi. ¶ S ¶ Tales videnⁿ eē peiores sarace-
nis q̄ntū ad q̄ttuor. ¶ Primo q̄ saracen negāt xp̄m vbo ꝫ isti facto.
Deus ē em factū q̄ vbū. ¶ Secdo q̄ saracen ex ignorātia xp̄m ne-
gāt. Nō em sciūt ipm esse verū deū 7 dñm. si scirēt multi eoꝝ saluarē
tur p bona opa. Christiani aūt sciunt 7 credunt iesum esse dominum
suū. et tñ ei negant debitū obsequiū. qđ maⁱ malū videtur esse. Exē-
plum si duo homines negarēt regi debitū obsequiū. ita q̄ vnus dice
ret dñe. Nescio quō vobis debeā obsequiū hoc exhibé. si em scirem li
benter vobis exhiberē. Alter vo dicēt. vere scio q̄ hoc obsequium vo
bis debeo. ꝫ nolo exhibé. manifestū est q̄ scds magis offendēt. ¶ Ter
cio q̄ saracen legē suā obseruāt. tales aūt nulliⁿ legis esse videtur q̄
nec christiani nec saracen sunt. Et ideo tales sine lege peribunt.
Quarto q̄ tales videnⁿ esse apostate a fide quantū ad rez fidei. Vidē
tur etiā puri esse eo q̄ in baptismo ꝓmiserunt renūciare dyabolo et
pompis eius. et ideo malo christiano fides erit ad cumulū dānatōis
q̄ magis peccat christianus fornicando. et alia que ꝓhibentur in euā
gelio faciendo q̄z saracenⁿ. Sicut magis peccat religiosus q̄z secularis
idem pcm cōmittendo. Sicut ḡ status religionis si seruet est ad ma
gnū meritū. et si nō seruet ad cumulū damnatōis. sic est de fideli chri
stiano. q̄ si ipam fidē seruet infinita et inestimabilia bona inde conse-
queť. Si aūt christianⁿ fidem ope nō impleat nihil boni consequetur
imo oia que sunt fidei cedēt sibi ad cumulū damnatōis. ij. Pet. ij. Me-
lius erat istis viā iusticie nō cognoscé q̄z post agnitōem retrorsuz cō
uerti ab eo qđ illis traditū est. Et sic pz secundū. ¶ Tercio ostendit q̄
nígris·et tu portas glaucos· feci te nudã·ꝛ tu habes vestẽ stragulatã
et gẽmis ꝛ auro ornatã·In q̄bus oĩbus magnū pcm est Crisо·Mu
lier si se ornaúit ꝛ aspectū hominis ín se ꝓuocaúit·ꝛ si nullū dānū ín·
tulerit vel plagã·vindictã tñ exoluet extremã·et si nullꝰ inuentꝰ fúit q̄
biberit venenū tñ ínfundit·Ibidẽ Quid dicemꝰ de femínis q̄ coloribꝫ
et supscriptōibꝫ corrũpunt facies suas ín pncipiẽ íncõtinentiũ únuenũ·
Ciprianꝰ·Serico et purpura índute xp̄m índuẽ nō pũt·auro et mar·
garitis ornate ornamẽta cordis et pectoris pdiderẽt P Primaꝫ
aũt imagínẽ q̄ ad dei silitudínẽ facti sumꝰ diligent demꝰ attendẽ ꝓpt
quínq; Primo vt cognoscẽtes nos ad imagínẽ dei factos vehemẽt
eũ diligamꝰ·ꝓpter quã imagínẽ facti sumꝰ filij dei·qõ alijs creaturis
ꝑter angelos ñ ꝛpetit·Iob·j·Dedit eis po·fi·dei fi·Et vide immẽsaꝫ gꝫ·
tiã et dei caritatẽ·q; ꝑmo fecꝫ nos ad imagínẽ suã·Et q; p hãc imagínẽ
nō eramꝰ ei silꝫes nísi ín anima voluit ipe totaꝫ naturã nostrã assumẽ
et animã et corpꝰ vt p omnia silꝫes ei essemus·Ph·ij·In silitudínem
hominũ fcũs et habitu·vt hō Io·j·Verbũ caro·est Secõ vt ín ipa
imagine duína opa speculemur·q; in ipa est lum dúinũ et lum rõis
ps·Sig·est sup n·lu·vul·t·d·In q̄ díuína opa speculari ꝛ cõtẽplari debe
mus·Ar q̄ cõtemplatione inducimur ad grãꝫ ínmúabiles actõnes·q;
inmúabiles gras videbimꝰ nob factas et futuras Tercõ vt cogno·
scentes ipam esse imaginẽ dei·ín q̄ tota nobilitas nra consistit·ꝛ sum·
mũ bonũ nostꝝ·ipam mũdã et immaculatã seruemꝰ·et ei debitã reue·
rentiã faciamꝰ·Exemplũ sic pulcra mulier vxor magni dñi summoꝛe

studet suā pulcritudinē seruare·ne contemptui habeat· Sic aīa sponsa xp̄i dz facē Si eī nephas ē imaginē virginis ꝛ crucifixi mortuā in lutum p̄iscē q̄nto magis imaginē dei viuā·Eccī·x·Fili in mansuetudine serua animā tuā et da illi honorē f̄m meritū suū·i·f̄m dignitatē·suam ¶ Quarto vt in ipa oīs defcūs nr̄os speculemur ꝛ amoueam⁹ Ipa em̄ est speculū omia repīntans·q̄ in ipa est regula rōis p quā omia moderaē debem⁹·Hiē·xxxnj·Statue tibi speculā Exo·xxv·Omnia fac scd̄m exemplar qd̄ ti·in mō·mō·est¶ Quinto vt in ipa ꝛgnoscentes deo nos esse sil'es in natura·studeam⁹ei sil'es esse in gl'a·j·Io·nj·Carissimi nē filij dei sum⁹·ꝫ nōdū apparuit q̄d erim⁹·cū āt apparuerit sil'es ei erim⁹ Hoc aūt desiderium ē sup oīa naturalit nob insitū·Naturaliter em̄ desideram⁹ summū ꝛ pfectū bonū qd̄ tē erit·nec vnq̄m nisi illo habito quiescē possum⁹·Aug·Fecisti nos dñe ad te·ꝛ inq̄ est cor·no·do·req̄·in te¶ Secundā imaginē sc̄z vicōꝝ et dyaboli dem⁹ diligēter attendere vt ipam de anima nostra sc̄z camera trinitatis omni: no p̄iciamus·al's erim⁹ ꝛfusi in ppetuū·et eternis supplicijs deputati·Exemplū sic sapiēs mulier hns amasiū in cella mittit eū emittē ne dependat ꝛ ꝛfundat et cōburat·Sic anima spōsa xp̄i dyabolū amasiuꝫ sue anime dz foras mittē cū ydolis vicōꝝ·Benign⁹ est em̄ de⁹ vt re: cipiat animā sponsam suā postq̄z mechata fuit·Hie·inj·Tu fornicata es cum ama·mul·tū reuer·et ego susci·te¶ Terciā imaginē sc̄z exterior̄em supinductā dēmus diligent attēdere q̄z sit ꝛtēptibilis et abiecta Nōne ꝛtēptibilis est illa pulcritudo q̄ ex pellibꝰ muriū ꝛ stercoribus vermiū ꝛsurgit ꝛ ex q̄busdā loturis sit Ꝺ quo facto hō oīdit paupertatē ꝛ ꝛfusionē suā·q̄ q̄rit a creaturis iuuari in pulcritudine tāq̄m ipam a se nō habeat·Vestes em̄ date sunt homī post pctm̄ ad ꝛfusionem suā·q̄ p̄mo erat nudus ꝛ vestiebat candoē vt liliū·Ber·Qui gl'atur de veste sil'is est furi q̄ de cauterio gl'atur·Reddit etiā mulier se valde suspectā in supfluo vestiū ornatu·q̄ nō videt hoc facē vt a viro ameť ꝫ ab alijs·q̄ p totā septimanā in qua ab alijs nō videť ꝫ soluꝫ a viro·nō curat se ornare·Hic cadit exemplū de galla filia consularis· de qua gre·dic in dya·q̄ dū molestareť a pentibꝰ vt accipet viꝝ dicētibus medicis q̄ nisi ꝫ faceret barbā esset habitura rndit·Propter barbam nec placeo nec displiceo spōso meo xp̄o·Et iō de ipa nō curo· Et ꝛpterea q̄ mtēdit solo viro placere ñ curat se ornare¶ In fine aūt nota q̄ cum hō sit denarius dei vt dēm est·ea q̄ ad bonū denariū requiruntť·ad bonū hominē requiruntť·Sunt āt sex q̄ ad bonū denarium requiruntť¶ O ¶ Primū est signū siue imago·q̄ denari⁹ ñ curať nisi sit signatus·sic hō ñ hns dei imaginē memorā sc̄z bnficōꝝ dei·intelligentiam verorꝝ·ꝛ amorē dei ꝛ p̄rimi in volūtate·ñ curať in eccia dei nec aliquid valet¶ Secūdū est supscriptō·Debꝫ em̄ i aīa hois eē scripta lex nature vt qd̄ tibi vis ne fiat·alijs fecisse caueto·et q̄cunq̄ vul·vt fa·

vo·ho·ꝛ vo·fa·il· Matħ·vij· Itē p̄cepta d̄calogi ꝛ articuli fidei·q; vt d̄r
j·cor·xmj· Qui ignorat ignorabit ¶ Tercīo est pōdus· Nā ille denarius
bonꝰ est·q; m statera descēdit· Hoc pōdus fac būlitas m anima· Lu·j·
Respe·hu·an·su·ps· Respe·i ora·humi· ¶ Quartū ē mfleribilitas· Nō
em̄ bonꝰ ē denarius q; de facili plicat ꝛ frangit·sic nec homo mstabit
qui vtit ad omnē ventū·ꝛ p omnē tribulatōz frāgit· Cōtra qđ dr ecc·
xv· Firmabit m illo et nō flec· Matħ·vij· Descēdit pluuia·venert flu-
mina·flauerūt vēti·ꝛ irruerūt m domū illā ꝛ nō cecidit· Qr nec pluuia
carnal cōcupiscētie·nec flumina tribulatōm·nec vēti bonoꝝ pūt hoiez
cōstantē euellē· ¶ Quintū ē dulcis sonus·sic ꝛ hō qñ loquit ꝟba dei·j·
Pe·mj· Si qs loquit qñ f·dei· Qr vt dr·j·co·xv· Corrūpūt bo·mo·col·
pra· ¶ Sextū ē mtegritas denarij·q; nō placz deo q; diuisus ē et ptez
de se dat dyabolo et mūdo et ptē deo·nj· Re·xvnj· Vsq; q; claudicatis
m d·p· Oporz g; q; hō sit mteger totꝰ dei ꝛ m fide ꝛ opib ꝫa·ij· Si qs
totā legē ser·offen·aūt m vno fac·ē om·re· ¶ Itē m hoc euāgelio q;nq;
exēpla salutaria hēmꝰ ¶ Primū ē vt omes ꝛ maxime sui dei vndiq;
sibi caueāt ꝛ ab ommib·q; filius dei q; pcm n fecit fuit multiplicit obſc
uatus et mfamatꝰ· Vñ illa sancta animalia p q; viri sancti designt· de
quib dr ezech·j·hēbant oculos añ ꝛ retro·et vn·er·ple· Epł·v· Vide·q;
cau·am· ¶ Scdm ē vt ꝟba nrā potissime moderemur· q; ꝟbū dei qđ
errare nō pōt·m ꝟbo conati sunt ca pe·ps· Posui ori meo cus·cū cōsi·
pec·aduer·me· Señ· Taciturnitas hominī stulto p sapiētia ē ¶ Terciū
est vt adulatorib dure et aspere respōdeamꝰ Xpi em̄ sunt sprene q; fa-
ciunt submergi nauē Xpi sunt apes q; portāt mel m ore·et retro pun-
gunt·q; vt scorpiones nos venenaē volūt· Aug· Duo sunt genera pse
cutoꝝ vitupātiū et adulantiū Qlus psequit lingua adulatoris q;z gla
dius interfectoris ¶ Quartū est vt nec timore·nec amore·pce vl mu
neribꝫ a veritate declinemꝰ q; xp̄c dixit de ommib et p ommib vita
tem Gal·j· Si adhuc hominibꝰ pla·ser·xpi nō es· Exo·xxnj· Nō seqris
turbā ad faciendū malū ¶ Quintū est vt imagīnē regis et supscriptōz
diligēter attendamꝰ antequā de ipa sentētiemꝰ·q; deꝰ solꝰ mtuet cor
Nos aūt judicare hēmus scdm ea que foris patet·Et nō judices scdm
allegata judicare debēt vt dicit aug·Et sic patet totū de euangelio

## ¶ De epistola sermo ¶ CXI

Imitatores mei estote fratres et obseruate eos q; ita ambu
lant sicut habetis formā nr̄am· Phił·nj· Hec est secūda ps
totius narratōis isti epł̄e ad phił·m qua pr quā muitauit
phił·ad stantiā xtra puerilitatē doctrine pseudo apł̄orū
subiungit mstructiōz ad cōstantiā cōtra perūsitatē vite·ne sez exēplo
illoꝝ corrūpāt·De his em̄ duobus dr doceri pp̄s sez de doctrina fidei
et bonitate opis· In hac igit epł̄a q̄ttuor facit ap̄s Primo emz mui
tat phił·et nos cū illis ad sui et sibi similiū imitatōz In principio epł̄e·

Secūdo reuocat eos ab imitatōe vite pseudo apl̄oꝝ ondēdo eoꝝ ma lā cōsatōz ibi. Multi em̄ ābulāt ds sepe dicebā vob. Tercō vt ipz seqn tur oñdit sui ⁊ suoꝝ celestē cōsatōz ibi. Nr̄a aūt cōsatō in cel̄ ē Quar to ḡsi ꝯcludēdo exhortaūt eos in dño ad bonoꝝ opm pseuerantiā ibi. Itaq; frēs mei kīm et desi. ⁊c. ¶ In pma g̃ pte imitat apl̄s phil̄. ⁊ nos cū illis ad sui et sibi similiū imitatōz d. O frēs estote imi. m. s. in pfcā fide ⁊ bonis opib. j. Co. mj. Imitatores mei estote sic̄ et ego xp̄i. Et obſuate. i. diligent inspicite vt imitemī eos q̄ ita ābulāt sic̄ ⁊ nos scz i fide ⁊ dilectōe. i. n̄ solū me imitemī sz ⁊ eos q̄ ita ābulāt sic̄ ⁊ ego Sic̄ habetis formā nr̄am. i. sic̄ hētis formā vite nr̄e imp̄ssaz in vob tanq̄m imagine et exēplar. Prelati em̄ dñt eē forma et exēplar subditorum. j. Thi. mj. Esto exēplū fideliū in vbo in cōsatōe. in caritate. in fide. in ca stitate. ¶ R ¶ Vbi nota q̄ apl̄s et sui sīles imitari dēm̄ in septē. ¶ Primo in fidei vitate ⁊ vuacitate vt. s. verā fidē et vuā habeam̄. qđ tūc est q̄n fidē quā credim̄ p opa oñdim̄. Est em̄ vex vt dic̄ phs ad equatō rei ad intellectū Ia. ij. Ondas mihi fi tu. ex opib. Io. xmj. Qui credit in me opa q̄ ego fa. et ip. fa. Q̄n em̄ fides sine opib. ē. tūc ē mor tua et falsa. Ia. ij. Fides sine op. mor. ē. Fidē vuā et verā hūt apl̄us q̄ dicit ad gal. ij. Q̄ ūat nūc vuo in carne in fide vuo filij dei Ille vuit i fide q̄ opa vua in fide facit Qui aūt mortua opa fac̄ in fide. i. pcta nō vuit in fide. ¶ Secđo in ve spei firmitate vt scz firmit̄ cōfidam̄ in deū ⁊ nō in bonis mdi. nec in ꝑncipijs viribz nec in cōsangneis et amicis. quia omniū istoꝝ spes vana ē Esa. xxxvj. Ecce cōfidis sup baculū arūdineuz sup egiptū cui cū innix̄ fuit hō ꝯmut̄ intrabit in malū e⁹ et pforabit eā. Egipt⁹ q̄ interp̄tat tenebra ⁊ cōfusio sīḡt mdm et ea q̄ fūt i mū do Spem verā habebat apl̄s q̄ dic̄ ad phil̄. mj. Omia possm eo q̄ me cōfor. Et ad heb. vj. Quā sic̄ anchorā hēm̄ firmā Sic̄ em̄ anchora tenet nauē ne a ꝑcellis submergat. ita spes tenet nauē pnie ne a tribulatōi bus submergat. Qz vt dic̄ gre Spe illi⁹ bonī ad qđ intēdim̄ q̄dq̄ in via ꝯtigit gaudē dēm̄ ¶ Tercō in pfecta dei ⁊ pxim caritate vt scz deū sup omia diligam̄ ⁊ pximū sic̄ nos Lu. x. Dili. do. de. t. ⁊c. et pxi. tu. si. teip̄m. Hāc pfectā caritatē habebat apl̄us q̄ ait ad ro. vnj. Quis me sepabit a cari. xp̄i tribu. an. an. ⁊c. Certe mihi. Cert⁹ em̄ sum quia neq; mors neq; vita ⁊c. Ite. ij. co. xj. Quis infir. et ego nō infir. q̄s scā. et ego nō vror ¶ Quarto i magne prudētie pspicuitate Mat. x. Estote pru. sicut ser. Sic̄ em̄ serpēs in vno arto foramine se ponit vt vete rē pellē deponat. sic et nos dēm̄ in arto foramine pne ponē ⁊ pellē veteris cōsatōis deponē Heb. Deponite vos p̄stīnā cōsatōz veterez hominē. Ite sic̄ serpēs vnā aurē cauda obturat et aliā in terrā figit ne audiat vocē incātantis ita nos ne psuasionē diaboli audiam̄ demus vnā aurē cauda. i. mēoria mortis obstruē et aliā tre. i. mēorie ⁊ cōsidra tioni ꝑne fragilitatis infigē. cōsiderādo ex q̄t et q̄ntis p̄t hō pire. q̄ em̄

castu suū luteū sentit nō ꝑsumit guerrā mouere. Hāc ꝓdētiā ꝑfecte habuit apl̄us. Nā in arto forāmine pīne se astrinxit. Gal. ij. Xpo affixus sum cruci. Et sp se mortalē et fragilē cōsiderauit. ij. Thi. iij. Ego em iā deliboꝛ. et tps resolutōis mee instat. Ro. vij. Vide. al. le. in membre. repug. le. mē. mee. ¶ Quinto in fortitudinis firmitate vt scz nullē frāgamur adūsis nec temptatōe aliq̄ a xp̄i integtate vellamur ꝛ̄ omni adūsitate. siue extra nos siue cōtra nrā siue extra nr̄os erūpat. fortit obsistam⁹. sic̄ iob q̄ hāc triplicē adūsitatē sustinuit. et in omnib⁹ n̄ peccauit. Ia. j. Btūs vir q̄ suffert tem. quoz cū ꝓba. fu. ac. co. vi. ꝛc. j. Pe. j. Modicū āt nūc si opoꝛtz ꝛtristari in varijs tēptōib⁹ vt ꝓba. f. vre mlt. pcō. sit au. qd̄ p ig. ꝓba. inueniat in lau. dei ¶ Hāc fortitudinē et patiētiā hūit apl̄s q̄ dic̄. j. co. nij. Male. et bñdi. pse. pa. et sust. blas. ꝛ obse. Et itez. j. co. xj. Ter vgis cesus sum sel̄ lapidat⁹ sum ¶ Sexto in tēpātie pcitate ne scz ꝓspis mūdi dissoluamur scz diuitijs delicijs et honoꝛib⁹ si aduenīāt pce et tpate vtamur vt succedētib⁹ ꝓspis nūq̄z dei et fideiussoꝛis nr̄i ihesu xp̄i oblúiscamur et sic trā. p bōa tpa. vt n̄ amit. eter. j. Co. vij. Qui ha. vr. tā. nō ha. sint et q̄ gau. tā. n̄ gau. et q̄ em. tā. n̄ possit. et q̄ vtunt hoc mundo tanq̄z non vtant. Hāc pcitatem et tpantiam habuit apl̄us qui dicit. j. thi. vj. Nihil tulimus in hunc mdm ꝛ̄ nec aufert quid possumus. haben. ali. et quib⁹ t his ꝛten. simus. ¶ Septimo in ūstitie equitate vt scz ūstitiā ad deum et ꝓximū et ad nosipos seruem⁹. Ro. xnj. Reddite oīmb⁹ debitū. cui tributū tributū. cui vectigal vectigal et cui honoꝛē honoꝛ. Matth. xxnj. Reddite q̄ sunt cesa. cesari. Deo em̄ debem⁹ obediētiā ꝛ honoꝛē. Act. v. Obedire oportet deo. Proximo cōpassionem animi. et subuentionē opis. vtz in parabola d̄ sauciato Lux. Samaritanus aūt iter fa. et vi. e. misericoꝛdia motus est et a ꝓpi. all. vul. eius infun. ol. et vi. Vade et tu fac similiter. Nobis āt pumitōnem sceleris ne a dño iudicemur. j. Coꝛ. xj. Si nosmetipos diiu. nō uti. ut. Gzech. xxnj. Iustitia ūsti super eū erit. j. pe. mj. Temp⁹ est vt incipiat iudiciū a domo dei. Domus dei est quilibet fidelis. Hanc ūstitiā perfecte habuit apl̄us et quo ad deū et quo ad ꝓximū et quo ad seipm Primo q̄ ad deū. j. Thi. j. Regi āt seculoꝝ immoꝛtali. inuisibili soli deo honoꝛ et gl̄ia. De scdo. ij. thi. ij. Omnia su. ꝓpter elec. vt et ip. sal. zse. De tercio. j. co. ix. Castigo coꝛp⁹ me. et in ser. re. De imitatōe āt filio rū q̄ ipe implauit nō ꝑcepit ipe apl̄s. qz nō ē d̄ neccitate salutis. et ideo nō ꝑseq̄mur d̄ ea. Imitatio āt d̄ omnib⁹ supradctis ē d̄ necessitate salutis. Et sic pz ꝓmū ¶ In secunda pte reuocat apl̄us phil. ab imitatione vite pseudo apl̄oꝝ oīendo malā vitā eoꝝ d̄. Multi enim ambulant scz aliter q̄z nos. a q̄b⁹ cauete. q̄s sepe dicebā vobis scz qn̄ erā apd̄ vos et nūc flens dico scz ꝑ ꝓpassione mibie eoꝝ ꝛ deceptōe pusillorum q̄s ipi seducunt. quos dico esse inimicos crucis christi. Primo qz crucem reputāt stulticiā vt sapiētes mūdi. Scdo qz mitunt ꝓcatiōem crucis xp̄i extinguere sic iudei. j. Co. j. Nos aūt ꝓdicamus xp̄m crucifixum

q̄dē scā·gē· aī stul· Illi aī pseudo gētiles ⁊ iudei erāt· Tercō q; eoꝝ' ⁊ū satō est ⁊traria cruci· q; in delicijs viuūt· q̄les sunt gulosi ⁊ luxurioſi · Sap̄·ij· Dissipis ē alijs vi·il· Quarto q; carnales obſuātias inducunt · Qui em̄ carnales obſuātias inducūt q̄les erāt in lege veteri supfluaz asserūt crucē xp̄i cū aliūde salutē expectāt· Cis aī sal⁹ in cruce exist Et vide q; oia ꝟ ⁊petūt mūdanis ⁊ malis xp̄ianis q̄ crucifixū et crucē seq̄ntes deridēt· p̄dicatōz n̄ curāt· ꝟ extirpare nituntꝫ cū crucis psequū tur p̄dicatores· Eoꝝ ⁊ūsatō ⁊ vita ē totalit ⁊traria cruci· q; ē in delicijs et luxurijs ⁊ multis iūsticijs q̄ oia ⁊trariantꝫ cruci· Et aliūde salute quā a cruce spant et q̄rūt· sa ⁊stellatōibꝫ ⁊ a demonibꝫ p maleficia et facturas· Cēs isti sunt inimici crucis xp̄i q̄ꝝ finis ē vt erit interit⁹ ·s· etn⁹· q̄m q̄ talia agūt digni sunt morte· ro·j· Nā finis illoꝝ mors ē · Septē̄dia em̄ pcī moꝛs· s· triplex naſe culpe ⁊ pene etne· Iob·xxij· Dum bo·di·su·⁊ in pūcto ad infer·descē· Feq̄t· Quoꝝ de·vē·ē· Hic ⁊ūter determinat in q̄ et quō vita istoꝝ ⁊trariat cruci xp̄i· Nā in cruce xp̄i sunt tria scz aspitas mag̃· vilitas nima·et paupertas summa· Econtra in vita istoꝝ tria ⁊traria tangit· Quoꝝ p̄mū est voluptas ⁊tra aspi ; tatē q; colūt ventrē sic deū· Eccī·vj· Omis labor hois in ore ei⁹· Ro· xvj Huiōi nō dño suiūt ꝟ vētri· Secdm est gla ⁊tra vilitatē que gla est ipis scz in ⁊fusionē ipoꝝ· q; in q̄ debuerāt cōfundi et est causa ⁊fu; sionis ipi glant· Gla em̄ pcīoꝝ ex malo causat qđ deberet esse causa ⁊fusionis· q; letant cū male·fece· et exul·in re·pes ꝓuer·ij·j· Mach·ij · Gla hois pcīoris sterc⁹ et vermis est· Item gloria pcīoꝝ est in con; fusionē eoꝝ· q; eos ad eternā cōfusionē ducit· Osee·iij· Gloria eorum in ignominiā cōmutabo· Terciū est sapor ⁊renoꝝ ⁊tra pauptatē· Ta les em̄ dicunt ⁊rena sape q; nihil nisi terrenū ⁊ carnale sapiūt· ps· Ini; mici ei⁹ terrā lingēt· Idē· Sba mea in infe·t· Q· dicēt apls· Deus pec ; catoꝝ ē vēter·i· ⁊cupiscētia carnis aut gla mūdana·i· supbia vite· aut sba ⁊rena·i· ⁊cupia ocꝝ· Isti sunt tres dij q̄s mūdus adorat·j· Iob·j· Omne quod est in mūdo ⁊c· Exo·xxxij· Isti sunt dij tui israel q̄ edux· te de ter·egip· Et p ⁊ns tales sunt inimici crucis xp̄i· quia reuerentiaz q̄ debēt fieri crucifixo et nulli alteri exhibent dis alienis· Esa·xlij· Gloriā meā alteri nō dabo· ¶ S ¶ Notādū q; gla eoꝝ q̄ ⁊rena sapiūt et ven tri suiūt recte ē in ⁊fusione eoꝝ· Et ꝟ ptz q̄ntū ad septē· ¶ Primum est ordinis diuini pūsio· Nā de⁹ nature instituto⁹ ⁊ rectoꝛ ordinauit q; caro tāq̄z ancilla suiret et anima sic dña imperet· Tales aī hūc ordi nē puertūt· et p ⁊ns confundūt· qđ nullo mō est ferendū· Prou xxx· Per tria movet ⁊ra et q̄rtū sustinere nō pōt· p seruū cū regnaūt· per stultū cū saturat⁹ fūt cibo · p odiosaz mulierē cū in mrimonio fuerit assumpta· et p ancillam cū fuerit heres dñe sue· Cor⁹ et caro est ista q̄ttuoꝛ q; est seru⁹ et stult⁹ et odiosa mulier et ancilla nequā· Qꝛ g̃ ta ; les diuinū ordinē pūtūt et cōfundūt merito cōfundent et ipsi· Prou· xnj Impi⁹ confundit et cōfundet ¶ Secdm est hostis intranei nutritō

Caro em ē hostis nr mtrane⁹ et mortifera q̄si salutifera ꝓsulit Gal. v. Caro ꝓcu. adú. sp. Sz cū vt dic gre. null⁹ hostis ē efficacior ad nocē dū q̄z familiaris mimic⁹. et ideo q̄ vētri suū nutriūt efficacissimū hostē suū. et ideo cōfundūt ꝛ pdunt m plio spuali. Hoc fuit figuratū i samsone q̄ nutriuit dalidā. q̄ sigficat carnē. et dormūt m gremio ei⁹. q̄ tradidit eū inimicis suis. q̄ exoculauerūt eū et stetit i ppetuū cōfusus ¶ Tercīū est údicōn deceptō. Caro em ē infecta cōcupiscētia añq̄z nata ꝛ quia naturaliter est corrupta údicat amara dulcia ꝛ dulcia amara sic febriciꝫ tans. Aug. palato ñ sano pe. ē pa. q. sa. ē su. et ocu. eg. od. ē. lux. q̄ pu. est ama. Et ideo nō ē ei credēdū neq̄z q̄ appetit tribuēda. Sic frenetico et febricitāti ñ sunt dāda q̄ petūt. Qui g̃ vētri seruiūt decipiūt in udiciis. qꝫ carnaliter udicāt ꝛ pnīs cōfundūt. Et ideo dicūt dulce amaꝝ et econuerso Esa. v. Ve q̄ di. bo. ma. et ma. bo. po. te. lu. et lu. te. ¶ Quartū ē accumulatō debitoꝝ. nos em mltis ꝛ in mltis sum⁹ obligati et magē debita bēm⁹ exoluē ꝓpter qđ q̄tidie petim⁹. Dimit. n. d. n. ꝛc. Qui aūt fuiunt vētri nihil de debitis soluūt. ꝫ q̄tidie augēt debitū sup debitū Qui aūt augz debitū supra debitū cōfundit. qꝫ citoꝛ sumit sbam suā et p⁹ea mirime vúnt. vt pz de filio prdigo. q̄ p⁹ quā cō. sub. su. cus. por. et cu. imple. vē. su. de fil. pú xxnj. Vocā. po. et dā. spm. cōsum. Cōfundit eē talis qꝫ freqnter expellit de terra sua. et aliqñ vinculat et carcerat. qꝫ nō pt debitū soluē. Sic accidit his q̄ veneri fuiūt ¶ Quintū ē impossibilitas fiēdoꝝ. q̄. n. vētri fuiūt q̄ndā impossibilitatē incurrēt ꝓpt qđ cōfundūt qꝫ impossibile ē q̄ vētri satisfaciāt. q̄zto em ei plꝰa impēdūt tāto plꝰa requirit ꝛ nūquā satiat. pú. xxx. Tria sunt insatiabilia ꝛ quartū nūquā dicit sufficit. Infern⁹ et os vulue et terra q̄ nūquā satiat aq̄ et ignis q̄ nūq̄m dic sufficit. Ignis iste ē cōcupiscētia carnis imo q̄ pei⁹ ē dū caro delicate nutrit ꝓteruit in dñam suā animā. pú. xxix. Qui delicate a pú. s. nu. ser. s. p⁹ sen. eū cōtu. Hoc fuit figuratū in sara et agar. q̄ cōcepisse se vidēs despectui hūt dñam suā. ꝛ tñ dña sua dederat eā in vxorē viro suo. vt pz gen. xvj. Qui g̃ vētri fuiūt quādā rebellionē et inordinatoꝝ in seipis videt. ꝓpter qđ merito cōfundi debēt. Occurrit eē q̄dam alia impossibilitas eis q̄ vētri fuiūt. ꝓpter qđ eternaliter cōfundēt. qꝫ eis impossibilia vidēt opa penitētie et despant ea posse facē ¶ Sextum ē assilatō úmētorum Hō. n. digissima creaturaꝝ sic ē ordinat⁹ q̄ si spūm et virtuose vúit. trāsferet ad deos. i. ad āgelos. si aūt vētri fuiat in bestias redigit ꝓpter qđ merito cōfundit. Sen. Quosdā ventri fuientes loco animaliū nō hominū núemus ¶ Septimū est incursio multorum maloꝝ. q̄niam q̄ vētri fuiūt infinita mala incurrūt. ꝓpter qđ merito cōfundunt. Nā omina bōa comūtunt eis in malū. et baptism⁹ et fides et passio xpi. et bona nate et fortune et grē. ita q̄ ve de eis pt dici qđ dictū est de úda. Melius erat il. si na. ñ fu. bo. il. mar. xmj. Incurrūt eē morte eternā et pnúabūt glā dei. Propter q̄ omnia tres cōfundunt et cōfudent Hie. xx. Cō. ve. qꝫ ñ itellexerūt oꝛpbriū sempitnū qđ

nūq̄z delebit·Et sic p̄z sc̄m ¶ Terc̄o apls q̄ dixit·Imitatoes mei esto te·Ondit suā ꝛ suoꝝ bonā ꝛ altā vitā·d·Nra ꝛú·in cel̄·ē·Q·d·Sic illi vúuit nō imitemī eos·ſ nos·qz nra ꝛú·in celis ē·ſ·p spem ꝛ amoꝛē·qz ibi est thesaur⁹ nr̄ sc̄z xp̄c·et ibi sunt om̄ia bona nra·Matħ·vj·Vbi est thesaur⁹ tu⁹ ibi est ꝛ coꝛ tuū·Vñ ꝛ sal·expec·i·merito h⁹ ꝛuer satōis saluatoꝛē expectam⁹·Vt vñ localit·i·de q̄ loco saluatoꝛē expectamus dn̄m no·ie·xp̄m q̄ fm nomē suū nos saluabit q̄ntū ad animas·Mat·j· Ipe em̄ saluū faciet pp̄m su·a peccatis eoꝝ·Et sik̄ q̄ztū ad coꝛpa·quia coꝛp⁹ hūilitatis nr̄ē·i·corp⁹ hūliatū ꝛ ínc̄neratū reformabit ꝛ remte grabit ad melioꝛē statū qz ꝛfiguratū coꝛpi claritatis sue· i·sike coꝛpi suo ín claritate gloꝛie·licet suū sit mag̃ clax qz vt dic̄ apls·j·co·xv·stel· la differt a stella ín cla·Et hoc ṽaciter pōt facē·qz sua potētia ē ínfinita et om̄ia p̄t sibi subijcē Et iō fm potētiā suā q̄ pōt sibi om̄ia subijcē cō· gregabit c̄neres coꝛpis nostri et ex eis reformabit coꝛp⁹ nostꝝ ín si militudíne claritatis coꝛpis sui ·Et tūc sc̄z ín resurrectōe erūt sibi om nia subiecta ꝛ aīe ꝛ coꝛpa ꝛ boni ꝛ mali ꝛ om̄is plato cessabit·j·Co· xv·Deínde finís cū t̄ditderit regnū do ꝛ patri·cū euacuaúnt omnē p̄n cipatū et p̄tatem ꝛ vtutē·Nūc āt vt dicit apls ñ videm⁹ om̄ia sbiecta ei·Vñ fm illā eandē opatōz q̄ ín resurrectōe reformabit corp⁹ hūlita tis nostre subijcit sibi omnia ·Si g̃ volum⁹ saluari ín anima et gl̄osi ín coꝛpe resuscitari ꝛúsemur cū apl̄o ín celestib⁹ et eleuemur a tremis p desiderū ꝛ amoꝛē qz illa ē cúntas nrā·Hebꝛ·xnj·Nō ha·b ma·ci·ſ fu· nq̄·Tria em̄ sunt signa p q̄ alīqs ꝛgnoscit ee de alīq̄ patria·ſ·loq̄la ha bitus ꝛ mores·Loq̄la celestis patrie ē laudaē·bn̄dicē·et p̄dicaē·Habi· tus aī est totus honest⁹·Moꝛes āt sunt sancti ꝛ ꝛpositi·Vn⁹ quisq̄z g̃ videat si hmōi figurā gerat ī se ꝛ tūc ꝛgnoscet vñ sit ¶ Quarto apls quasi ꝛcludēdo hoꝛtaī eos vt ín dño pseuerēt·d·Itaq̄z frēs mei kr̄i·i· de q̄ eos amabat ꝛ desiderabat ín xp̄o·Gaudiū meū·i·cā gaudij mei ī p̄nti ꝓp̄t bona opa q̄ facitis·ꝛ corona mea·ſ·ín fuko expectata·sic state ín dño sc̄z sic̄ docui vos stare·ꝛ addit kr̄i ad maioꝛē exp̄ssionē amoꝛſ Deínde exhoꝛtaī alīqs psonas spāliter·d·Euchodiā rogo et sinthicen depcoꝛ idip̄m sape ín dño·Due femíne erāt q̄ p̄dicatoes recipiebant· Etiā rogo ꝛ te germane·ꝓp̄rū nomē ē·q̄ es sc̄z ꝛpar mihi ín euāgelio p̄dicādo·adúua illas·ſ·femínas p̄dictas ꝛfoꝛtādo ꝛ suppoꝛtādo cū cle mēte·i·vt clemēs ꝛ ceteri adútoꝛes mei adiuuēt illas q̄ꝝ noīa scripta sūt ī li·vite·i·ín p̄destinatōe duína·Et sic p̄z q̄rtū ꝛ ꝛnter totū de epl̄a

## ¶ Dominica·xxiij·de euangelio sermo ¶ CXII

LOquente ihesu ad turbas·ecce princeps vn⁹ adoꝛ·eu dicens· Dn̄e filia mea mō defun·est·Matħ·ix·Mar·v·Lu·vnj·Si· cut dꝛ jo·xj·Xp̄c est resurrectō ꝛ vita·qz et coꝛpa· mortua facit resurgere ad vitā nature·et animas moꝛtuas ad vitā gr̄e·ꝛ bomines ínfirmos p̄stine restituit sanitati·Q² vt dic̄ aug·Xp̄c

ĩ hunc mũdum vt magn⁹ medic⁹ venit·qui solo vbo oĩa sanauit·
ps·Misit v·su·et sa·omes·C⁹ mirabilis virt⁹ ĩ pñti euãgelio decla-
rat·In quo quide euãgelio ꝗttuor summarie ꝛtinent·Primũ ē pncí
pis sinagoge p filia mortua depcatõ ad quã xpc prexit· In pncipio
euãgelij·Secũdum ē cuí⁹dã mulieris emorroisse ad xpm accessus·et
fimbrie vestimti eius tact⁹ c⁹ vtus eã sanauit ꝛ erexit ibi·Et ecce mꝫ·
que sang·flux·pa·xij·ãms acces·re·ꝛ teti·fim·vestimẽti eius·Terciũ est
aduẽtus xpi ad domũ pncipis ꝛ man⁹ puelle a xpo tẽtio·ad quã pu-
ella mortua surrexit ibi Et cũ vemss ihesus ĩ do·pm·ꝛ vi·tyb·et turbã
tumꝫ·di·recedite·Quartũ ē facti miraculi noticia·c⁹ fama ĩ vniũsam
terrã exijt ibi·Et er·fa·hec ĩ vnj·ter· ¶ Dño g̃ ponit pncipis sinago
ge p filia mortua depcatõ·ad quã xpc prexit·Et ẞ est· Loq̃·ie·ad tur-
ba ẽ dum xpc pdicaret turbis·ecce pnceps vn⁹ archisinagog⁹ nomie
iairus vt dr ĩ lu·accessit corde ꝛ fide ac mẽtis deuotõe ꝛ adorauit eus
et cecidit ad pedes eius·vt dr ĩ mat·d·si·m·mo·def·ẽ·Ez ztra mar·v·
dr·Ei·m·mo·i extremis est·Et lu·vnj·dr·Et ẞ moriebat·g̃ ñ erat mor-
tua Rñdeo qñ iaprus recessit de domo nõdũ erat mortua ẞ erat ĩ
extremis vt dic mar· Qñ at puenit ad xpm·iã erat mortua ẞm iapri
estimatõnẽ talit em dimisit eã q̃ putabat eã mortuã· Vñ mar·ꝛ lu·po
suerũt vba iapri·matꝫ·vo posuit cordis credulitatẽ ꝛ estimatõs vt di
cũt raban⁹ ꝛ aug· Vñ dic̃ glo· Vtyq̃ est a dño petitũ·vt vel morientẽ
sanaret vel mortuã suscitaret· Reuera mortua erat tũc·quia dũ pater
venit ad iesum illa decessit vt ipe estimabat·vñ nũcũs obuiãs eũti ie-
su retulit ipam mortuã·vt dr ĩ luca·Vñ g̃ dic̃· Ei·m·mo·defun·est·sed
veni impone manũ tuã sup ipam ꝛ vuuet·s·sanata ꝛ resuscitata · Et q̃
iesus ad hoc venerat ĩ mũdum vt vitã daret corpib⁹ ꝛ animab⁹·ideo
statim surgẽs seqbat eũ ꝛ discipuli ei⁹ cũ eo vt essent testes ꝛ pticipes
miraculi·Et nota q̃ lucas dic̃ q̃ erat vnica illi·et erat vere annoꝝ·xij·
Et sic pz primũ ¶ Secũdo ponit cui⁹dã mulieris emorroisse ad xpz ac
cessus et fimbrie vestimẽti eius tact⁹ cui⁹ virt⁹ eã sanauit et erexit·Et
hoc ẽ·Et ecce mulier·s·qñ iesus ibat ĩ itinẽ cũ pncipe· hec mulier ve
nit q̃ flu·sang·pa·i·infirmitatẽ emorroidaꝝ·xij·ãms·In mar·et ĩ luc·
addit q̃ ĩ medicos erogaũat et zsumpserat omnẽ sbam suã et a nullo
poterat curari·Et nota hic q̃ mundus zsumit sbam suã ĩ quattuor·
scz ĩ guerras et brigis·aduocatos et cãs·ĩ ludos et vanitates·et ĩ
meretrices ꝛ tabernas·Alit dixit q̃dã sapies·q̃ ait·Quattuor sunt que
destruũt totũ mũdũ·s·reuma medicoꝝ·opio uidicũ·legalitas merca-
toꝝ·et zscia religiosoꝝ·Medici omẽs infirmitatẽ attribuũt reumati·
Iudices de omi q̃stiõe dicũt esse opinionem Mercatores volũt omnia
sibi credi sub legalitate·Religiosi vo dicũt de ommbus ego habeo cõ-
scientiã·Hec ergo mulier accessit retro ꝑ hũilitatẽ et vecundiã · indi-
gnã se iudicãs pntaẽ corã facie ei⁹ sic magdalea stetit retro·Et te·fi·v·e·

nō reputās se dignā tangē pedes vt vestimētū ·ꝫ tm̄ fimbriā quā xpc more iudeor hēbat ꝑm ꝓceptū legis·vt p3 nū·xv· Fimbrie ponebāt in angul' pallior q̄ erāt q̄dā vitte iacinctie·q̄s pharisei magnas faciebāt·Dicebat em̄ intra se in secreto cordis·Si tetigero tm̄ fimbriā vestimēti salua ero·Glo·Credidit·dixit·tetigit·q; his trib·s·fide verbo· ⁊ ope ois sal' acq̄rit·Et q; pfecte credidit p caritatē tetigit· fides ei p dilectionē opat' iō ihs 2sus est ad eā ⁊ vidēs eā occo cordis ⁊ pietatis ⁊ 2passiōis·d·Cō·fi·t·te·sal·fe·Or vt dr in mar·mulier h timebat et tremebat·⁊ iō dixit·Cōfide filia·Et cā h' timoris tāgit in mar·⁊ luvbi dr q; post̄q tetigit statim stetit flux' sanguis ei'·⁊ tūc dicēte ihesu Quis me tetigit ⁊ negātib' oib' dixit petr' ⁊ q̄ cū illo erāt· Turbe te cōprimūt ⁊ tu dicis q̄s me tetigit Et dixit ihesus·tetigit me aliq̄s·nā ego cognosco vtutē de me exisse·Vidēs at' mulier q; nō latuit tremēs venit et cecidit añ pedes dñi ⁊ indicauit ob quā cām tetigēat eū ⁊ quō 2festim sanata ē·Ex q̄rit q̄re dns ista mulierē ꝑpalauit ⁊ fec̄ eā 2fiteri in firmitatē suā coram omib' Crib·Cur ñ prmisit eā latē·nūq̄d gram suā q̄rabat quā q̄rē phibebat·Ro ihesio dicēdo q; h fec̄ ꝑpter q̄ttuor Primo vt timorē ab alijs accedēdi ad eū excludēt·Secdo vt fidē illi' patefacēt q̄ ñ fuisset 2mēdata nisi mker fuisset ꝑpalata·Tercō vt se oīa sciē mōstraret·Quarto vt archisinagogū p c' filia suscitāda ibat 2fortaret ne de virtute ei' diffideret dū coram se miraculū fieri vidēt·Et vide q; q̄ntū ex dictis colligē possum' in hac muliere ser magne vtutes fuerūt et iō non imerito in anima et corpe sanata fuit·q̄s pcor dr hre si vult ab infirmitate peccati liberari T Primo fuit in ea verecūdia·⁊ iō nō añ faciē ꝫ retro accessit·sic pctōr dr cōfundi ⁊ verecūdari de vilissimo statu in q̄ est·q; de filio regis fcus ē seru' dyaboli·de statu vtutū positus ē in carcē ⁊ catenis pctōr Ecci·mj·Est cōfusio adducēs pctm et est cōfusio adducēs gram ⁊ gram·Psal·Dixit dns ex basan cōuertaz Basan interptat 2fusio·Secdo fuit in ea fides·nā dicebat int̄ se si tetigero tm̄ Sic pctōr dr credē filiū dei ꝑ salute hoim passuz·⁊ iō libent recipit pctōrē·⁊ ꝑtea secure dr accedē ad deū Heb·x·Accedam' cum vo corde in plenitudine fidei·Tercō fuit in ea timor Mar·Mker aūt timēs ac tremēs venit·Sic pctōr dr timorē filialē recipe p quē decliet a malo·Prou·xv·Per timorē dñi declinantur a malo ·Nā q̄ sine timore est nō poterit iustificari vt ecci·j·dr·Quarto fuit in ea dilectō·q; sic credidit in cor sic gessit in ope·Fides·n·p dilectōr opat' vt dr ad gal v·Et iō tetigit fimbriā vestimēti ei'·Sic pctōr dr amorē dei ⁊ ꝓximi implē vt opa vtutū circa deū ⁊ primū facilit opet' ⁊ tā in psperis q̄z in aduersis firmit maneat in do·Nā caritas fac magna et fortia facilitez opari·vt dic̄ greg·⁊ omnia aduersa tolerat patienter·j·cor·xiij·Caritas patiens est be·est nō ir·ñ cogitat mal·Ideo omnia credit·omnia sperat· omnia sustinet·Quinto fuit in ea humilitas·quia non reputauit se

dignā pedes tāgere vel vestimētū·ꝫ solū fimbriā·Sed pcō2 dz hr̄e humilitatē·q̄ hz oīs vtutes eius·Hodie·Gre·Qui ceteras vtutes sine humilitate 2gregat quasi q̄ puluerē m̄ ventū portat·Ide·Illa vaciter m̄ nobis virt9 manet·q̄ m̄ radice hūilitatis pseuerat·¶Sexto fuit ī ea cōfessio veritatis·qz venit ꝛ coz̄ oīb9 2fessa est m̄firmitatē suā ꝛ samitatē quā recepit vt dz m̄ mar·Sic pcō2 dz hr̄e 2fessionē veritatis vt pcā sua veracit 2fiteat·Iob·ix·Da gl'am deo et cōfitē pcā tua·Esay·lxvj·Dic tu iniq·t·vt ūstificeris·¶In fine nota qz amb·videtur velle q̄ ista mulier fuit martha·Vñ m̄ sm̄one de saluatoze m̄t būficia xp̄i q̄ enūat sb̄ dit·Dū languidū sanguis fluxū sanat m̄ martha·dū demōes expulit de maria·du corp9 reduuuū spūs caloꝛ restrinxit m̄ lazaro·Eusebi9 āc m̄ ecāastica hi·li·vij·dic·qz postquā hec mulier sanata ē·fec statuaz ad imaginez xp̄i m̄ curia sua q̄ vestes ꝛ fimbrias hēbat sculptas vt vidit xp̄m hr̄e·et hāc hēbat m̄ magna reuerētia·Herbe aī crescētes subtus q̄ pzius nulli9 virtutis erāt·cū ad fimbrias attigissent tāte vtutis erāt vt m̄de multi m̄firmi sanarēt·Hiero·et dic m̄ hi·triptita li·vj·Qz cū iulianus apostata cognouisset m̄ cesaria philippi eē simulacz qz sanguinis liberata p fluuiū femia cōstruxeat eo depositō suā ibi imagine collocauit·q̄ fulmīs ictu fracta ē·Ex his igit pz qz ista mier ñ fuit martha et forte potuit esse qz due fuerīt liberate ab ista m̄firmitate·s·ista mier et martha·Et sic pz scdum·¶Tercō ponit aduētus xp̄i ad domū p̄nci pis et man9 puelle a xp̄o tentō ad quā puella mortua resurrexit·Et ꝫ est·Cū ve·ie·m̄ do·p̄n·et vi·tibi·i·carmē lugubre·cū tibia cātāres·Non tigtus ei tres ad exeqas mortuoz vocabāt vt suo carmie alios ad luctū p̄uocarēt·Hie·ix·Vocate lamētatrices vt veniāt·Qō non 2petit xp̄iam̄s licz cōtrariū m̄ multis ptib9 obfuerit·j·Thes·mj·Nō cōtristemini sic ꝛ ceteri q̄ spē nō hnt·Cū g̃ vidisset ihesus hoc tibicines ꝛ turbā q̄ cōuenēat ad exeqas tumultuātē·i·cū tumultu plāgentē·Lu·viij·Ebant aī oēs et plāgebāt illā·Dicebat Recedite ñ est ei mortua puella ꝫ dormit·Reuera mortua erat vt dz m̄ luca·Eis g̃ mortua erat·deo aī qui suscitaē p̄t dormiebat·vt dic glo·In c9 dispositōe ꝛ aīa recepta vivebat ꝛ caro resuscitāda qescebat vt dic beda·Et deridebāt eū qz ñ credebāt scientes qz mortua erat·Et iō nō merēt ad resuscitatōz admitti sz eiici·Mat·viij·Nolite san·da·ca·neqz mit·mar·ve·añ poz·Et ꝫ ē qō seq tur·Et cū eiecta essz ēba scz de domo intrauit ihesus cū petro ꝛ iacobo et iohe ꝛ p̄re ꝛ matre puelle vt dz m̄ luca ꝛ tenuit manū eius ꝛ exclamauit dicēs·Puella surge·vt dz m̄ luca·Ad cui9 vocem et tactū stati surrexit puella·ꝛ ūsit illi dare manducaē·vt dicit m̄ luc·Et sic patz expositō lr̄alis euangelij·¶Nota mulier illa emorroissa de qua hic agit dicit fuisse gentilis et cūis m̄ vrbe cesarea philippi·que est ciuitas m̄ tra gentilium ꝛ figit populū gentilē·¶Moralitez aī ad edificatōez nostram est hic requirenda expositō allegorica et moral·Nota g̃ q̄ scdm

allegoriā p istā mulierē emorroissaz gētil ppl's q̄ nē est sancta eccīa ō signat. Per filiā vo archisinagogi iudaic' ppl's q̄ dr sinagoga. Et vid q̄ eo tpe q̄ h̄ mulier dr infirmata. hec puella nata fuit. cū. xij. āīs passa fuit 7 filia pncipis. xij ānos dicat hr̄e etatis. Qñ em gētilis ppl's circa deor culturas infirmari cepit. tūc de' elegit sibi ppl'm acceptabilez et dixit abraā. Egredē de terra tua 7 de cognatōe tua 7 faciā te crescē in gentē magnā. Et dic q̄ patiebat fluxū sanguinis. q̄ ad lr̄az sanguē suū ad honorē ydolor fundebat. vt p3 in sacerdotib baal tpe helye q̄ cū lāceolis se pcutiebāt. 7 pfūdebāt sangne. iij. te. xviij. 7 qō per' erat filios 7 filias suas demonijs īmolabāt. ps. Immo. fi. su. et fi. su. de. Et dicit q̄ erogauerat omnē sbam suā in medicos. q̄ ad lr̄az sacrificabāt res suas tpales ydol' p liberatōe infirmitatū 7 piculor suor. vt p3 de bel. dañ. xmj. cui multa oī die īpendebāt. Vel cōsumpserat omnē sbaz suā in medicos q̄ in addiscēdo scias liberales 7 mūdanas ingeniū 7 tempus 7 oīa naturalia cōsumebāt gētiles in q̄b ñ inueniebāt vtutem vel salutē. q̄ ibi nō erat. Ille sunt ille muse. i. scientie 7 sirenes dulces q̄ nō solū infirmū ñ sanāt. h̄ insup dulci veneno alūt 7 infructuosis spinis vberē segetē rōis 7 intellect' necāt vt dic boe. li. j. psa. j. Qñ g̃ hec mulier fuit infirmata. hec puella fuit nata. 7 qñ hec mulier fuit sanata hec puella fuit mortua. Grāde misteriū. Nā in passiōe xp̄i gētilis populus ē elect'. 7 ppter incrudelitatē iudaic' repbat'. Et vide q̄ i. xij. āno ista puella infirmata ē. et est mortua in q̄ etate mulieres debēt fructū afferre 7 filios pcreare. q̄ tps q̄ xp̄c venit erat etas legitima. in q̄ ipm debant recipe p messia fm pphetiā iacob dicētis. Nō auferet sceptrū de iuda 7 dux de femore eius ꝛc. Tūc em regebat herodes alienigena. Et fir fm pphetiā dañ. dicētis. Q' septuaginta duas hebdomadas occidet xp̄c. Et in illo tpe mortui sunt mētalit. Christ' aūt venit principaliter ppl'o iudaico salutē dare ppter qō h̄ dr q̄ ibat ad puellā istam suscitandā. Et seq̄bant eū discipuli eius. q̄ eodē nō discipuli primo pdicabāt iudeis. Et q̄ ipi noluer̄t recipe vbū dei incarnatū 7 pdicatū conuertūt se ad gētes vt paul' et barnabas act. xiij. dixerūt. Vob mīt oportuit loqui verbum dei. h̄ q̄m repellitis illud 7 indignos vos iudicastis vite eterne ecce cōuertimur ad gētes. Salutē em quā xp̄c afferebat iudeis gētilis ppl's sub intrās a tergo p tactū fimbrie 7 vestimēti xp̄i accepit. i. p fidē incarnatōnis 7 passionis eius. Nā deitas ē induta hūanitate q̄si quodā vestimēto. Et nota q̄ venit a tergo. q̄ xp̄m ñ vidit h̄ post mortē credidit. Et iō xp̄c vertit faciē suā ad eū. ipm erigēdo et cōfortando 7 virtutem sue passionis ei cōferendo. per quā est ab omni infirmitate sanatus. et vertit tergū ad iudeos ipos repbando 7 relinquēdo. et virtutez sue passionis ab eis auferendo. et tunc mortua est puella. Mathei. xxj. Auferet a vob regnū di et dabit genti facienti fruct' eius. Vltimo tñ christus iuit ad suscitandum puellam. q̄ in fine mūdi sinagoga iudeorum

ſaluabit Miere·xxxj·In dieb illis ſaluabit iuda·Et tūc eijciet tibicenes id eſt·ſapiētes iudeoꝝ carmē lugubre cātantes·qđ ē expecta reexpecta·qz dicūt xp̄m ventuꝝ·Spes aūt q̄ differt af·animā·pú·xxj·Et nō ipſorum carmē ē lugubre ꝛ mortale·qđ tūc eijciet·qz ꝛgnoſcēt ipz veniſſe·ꝛ tūc ſaluꝰ erit oīis hō ꝛ puella ꝛ emorroiſſa·Item alia allegoria Nā p mulierē iſtā antiquā ſigficat caro mueterata·que vſqz ab adā deſcēdit Per puellāat illā ỽgine ſigficat aīa mūda ỽ nouo a deo creata Qñ g puella fuit nata mulier fuit infirmata·qz qñ anima creat et infundit corpi tūc caro infirmat ꝛ ſubijcit penalitatib hūane natuē·Et qñ mulier fuit ſanata tc puella fuit mortua·qz ñ pzꝰ caro liberat a penalitatib ſenſitiuis hūane nate niſi qñ aīa p mortē recedit a carne·Et nota q dic puella habebat·xij·ānos etatis·q̄b in hac vita vixerat·quia anima hz·xij·potētias q̄bus ꝛ p q̄s oīa opa vite agit dū ē ꝛiūcta corpori·Tres hz nō affixas organis·q̄ ſunt intellectꝰ volūtas ꝛ memoria Quinqz hz exteriores affixas organis·q̄ ſunt viſus auditꝰ guſtꝰ odoratus ꝛ tactꝰ·Quattuor hz interioēs affixas circa cerebꝝ·q̄ ſūt ſenſus cōmunis imagnatō ſiue fantaſia·exiſtimatō ſiue eſtimatō ꝛ memoria ſenſibiliū·Et vide qz in illa etate in q̄ puella dēbat nubē ꝛ filios ꝓcreare mortua ē·qz anima in illa etate in q̄ dz incipe mereri tūc morit per pctm qđ eſt mors aie·qz ꝛinter hoies incipiūt peccaē a·xij·āno ꝛ ſup̄·Et dic q patiebat fluxū ſanguis·xij·āis qz hō in pcīs ꝛſumit·Et dz q erogauēat in medicos oīez ſbam ſuā ꝛ nihil ꝓficiebat·qz hō exīns in fluxu ſanguis·i·in pctō mortali oīa opa ſua nihil ꝓficiunt ſibi ad vitā gle·j·Cor·xxj·Si diſtri·in ci·pau·oīez fa·me·ꝛc·Neqz oīa bona ſua tā nate q̄m fortūe ſibi ad ſalutē ꝓſunt Xp̄c aūt p̄ncipaliter ibat ad puellā ſuſcitandā·ꝛ duz iret in via ſanauit emorroiſſam·qz xp̄c p̄ncipaliter venit in mdm ad ſaluādum animā ꝛ beatificādū·qz beatitudo in aīma cōſiſtit·ſ·in cogtōe dei·ꝛ ꝛinter venit ad corpꝰ gl̄ificādum·Iob·x·Ego veni vt vitā habeāt·ſ·in aīa ꝛ abundātius hēant ſup· q̄z āgeli·quia in anima ꝛ corpe Sz q̄d ꝛtingit qz mulier·i·corpꝰ ꝓmo accepit ſalutē·qz anteq̄z xp̄c beatificaēt aīas et de limbo ẽheret multa corpa in vita iſta ſanitatē receperūt ꝛ a mortuis ſurrexerūt·ꝛ ℔ p tactū veſtimēti xp̄i·i·p fidē incarnatōis eius·In fine āt ꝛ mulier ꝛ puella ſalutē receperunt qz in fine mūdi ꝛ anima ꝛ corpꝰ p xp̄m ſaluabunt·ꝛ ſic pz allegoria·

Moraliter āt exponēdo nota q p filiā archiſpnagogi mortuā i domo ſignificat pctōr occultꝰ ℓ pctōr q̄ morit intꝰ in cōſcīetia aīme p malā cogitatōem·nā per tres mortuos a dōmino ſuſcitatos ſignificāt tria genera pctōꝝ vt dicit auguſtin9·qz p hāc filiā i domo mortuā ſignificatur pctm cordis·per filiū vidue·qui erāt cūitatē mortuꝰ ferebatur pctm oris vel opis ſignificat·Senſus em corpis et mēbra ſunt feneſtre et ptes anime·Cū g aliquis p aliquē ſenſum ℓ membꝝ corporis peccat p portā illā anima exīt mortua Per lazarū vero q̄dianū

ín ínonumēto ſignificaţ pc̄m̄ opis p ꝛſuetudínē ínueterati ꝛ putrefa
cti q̄ em̄ cogitat malū ꝛ ꝛſentit ꝛ opaţ·ꝛ p ꝛſuetudínē ín ipo dura
et ſeneſcit·ín ſepulcro ꝛſciētie vt lazar⁹ q̄dꝛiduan⁹ fetet Qꝛ g̊ p hāc pu
ellā pc̄tꝛ occult⁹ deſig̃ţ·ıō ſecrete eā ín domo reſuſcitauit·ꝛ p̄cepit ma
tri ꝛ p̄ri ne cui diceret·qꝛ pc̄tꝛ occult⁹ ſecrete dꝫ coꝛrigi· Maţ· xviij·
Si pec·ín te fra·tu·ıd ē·te ſolū ſciēte·coꝛripe eū ínt te ꝛ ipꝫ ſolū·Quia
vꝛo p filiū vidue ꝛ lazaꝝ pc̄tꝛes publici deſig̃ţ·ıō eos coꝛā multitu
díne ſuſcitauit·qꝛ pc̄tꝛ public⁹ publice dꝫ arguí ꝛ publice dꝫ ſatiſfacē
vt ſic coꝛrupit pc̄co·ita edificet pnia·j·Thi·v·Peccātē ſcz publice coꝛaꝫ
oib⁹ argue vt ꝛ ceteri timoꝛē hēant ℣ Nota g̊ qꝛ ī ſuſcitatōe illi
us puelle xp̄e ſeptē obſuauit·q̄ nos hr̄e dēm⁹ ſi volum⁹ ab ipo a moꝛ
te pc̄ci ſuſcitari ℣ Primū ē qꝛ xp̄c p ea a iapro p̄re ſuo rogaţ· Iapus
aţ ínterptaţ illumínās vł illumínat⁹·q̄ ſig̃t cetuꝫ ſanctoꝝ·q̄ illūinati a
deo alios illumínāt Peccatoꝛ nāq; ē ſpūs vadēs ꝛ nō redīēs vadēs p
ſeipm ín pc̄tm̄·ſꝫ cū pc̄m̄ ſit p̄fundiſſima fouea vſq; ad ínfernū·nō pē
índe exire niſi úuet·ꝛ ıō índiget oꝛōe ſanctoꝝ aduuari· Iob·v· Voca
g̊ ſi eſt q̄ tibi rn̄deat ꝛ ad aliquē ſanctoꝝ ꝛuertē·Ad oꝛōꝫ ſtephā de
us conúitit paulū·vt dic̄ aug̃·et ad oꝛōem matris auguſtíni de⁹ ꝛútit
ipm·Proptea peccatoreſ q̄̄die conútunt·qꝛ eccīa q̄tidie p eis rogat
Xp̄i em̄ nec p̄nt nec mereţ cōuerti·qm̄ q̄ talia agūt digni ſunt moꝛte·
ad roma·j·Quidā aţ ſic ſunt p̄fundati ꝛ obdurati ín peccatis·qꝛ nec p̄
ces·nec verba·nec p̄dicatōes·nec ſct̄oꝝum oꝛō aliq̄d eis valet Mic̄·ıv·
Si ſteterit moyſes et ſamuel coꝛā me·nō eſt anima mea ad populum
iſtū eijce illos a facie mea ℣ Scōm ē qꝛ tybicines·ı·carmē lugubꝛe cā
tantes remouētur· Tybicines ſunt adulatoꝛes mūdi·aures audiētuꝫ
delectātes·Carmē lugubre eſt vanū gaudiū mūdi· qꝛ de reb⁹ lugen
dis ē· Proú·xıj·Letāţ cū malef·et ex·i re·peſ· Proú·xıj· Extrema gau·
luc·oc·Amos·vıj· Cōuertā feſtiuitates vr̄as ín luc·et oía cātica vr̄a ín
plāc·Dic g̊ qui vult cōuerti et ſuſcitari a pc̄co dꝫ fugē adulatōes ꝛſan
guineoꝝ et amicoꝝ qui nō ſapiūt q̄ dei ſunt·ſꝫ carnalia et ꝑꝛia bona·
Ad phīl·ij· Omēs q̄ ſua ſunt querūt n̄ que ieſu xp̄i· Proptcrea ieſus
dixit abraā·Egredē de ter·tu·et de cog·t·et de do·pa·t·gen̄·xıj· Debet
etiā vanū gaudiū mūdi expellē·qꝛ vey gaudiū dei nō pōt ee vbi eſt
falſum gaudiū mūdi Boe·li·j·metro vl·Gaudiū pelle·pelle timoꝛem·
ſpemq; fugato·Nec doloꝛ aſſit·nubila mēs eſt·vincłaq; frenis ꝑ vbi
regnāt Tercium ē qꝛ turbā tumultuantē de domo eijcit·ꝛ tū emoꝛ
roiſſam coꝛā multitudíne ſanauit et filiū vidue ín porta coꝛā multitu
díne reſuſcitaut·Ex q̄ daţ íntelligi qꝛ ē q̄dam turba coadúuās ad ſa·
lutē·ſ·turba bonoꝝ ín qua hō dꝫ libēter ſtare· Pſal·Ecce q̄ bo·ꝛ q̄ ıo·
ha·fra·ín vnū·Eſt et alia turba impediēs ſalutē et hec eſt duplex ſcz ī
terior malaꝝ cogitatōnū et ſolicitudínū mūdanoꝝ q̄ a xp̄o aſſimilaţ
ſpinis·q̄ ſuffocāt fructum·Lu·vıj·Qđ aūt ín ſpínas ceciđit hi ſunt Et

exterior scz turba multipliciū negociorz ꝛ hominū mūdanorz a quib
cauendū est. Eccī. xj. Fili ne in multis sint actus tui. In eod. xvnj. Ne
oblecteris in turbis. Quidā phs interrogat⁹ q̄d esset inimicissimū ho
mini. rñdit alter hō. Sen. Quoties iter hoies habitaui minor hō redij
Gre. Impossibile ē q̄ lingua secularū mentē ñ inquet quā tangit.
Quartū ē q̄ secū ad suscitatōez puelle admisit petr⁹ iacobū ꝛ iohem.
Mos eī admisit sue:gl'ose trās figuratōm. In quo sig'ficaī q̄ qui vult a
morte peccati suscitari. et gl'e dei intereſſe. dz hr̄e pfectā fidē ꝛ fidei cō
fessionē sic petr⁹ habuit. Mat. xvj. Tu es xp̄c filī⁹ dei vui. Qr sic dr ad
heb. xj. Sine fide impoſ. est pla. deo. Debz etiā fortiter ztra omia ipe
dimēta sue salutis luctari. Nā iacob⁹ luctator mterptaī. Hoc figuratū
est in lucta iacob q̄ luctat⁹ est cū āgelo p totā noctē vsq; mane. ꝛ sta
tim ort⁹ ē ei sol. fuerūtq; ei obuiā angeli. Mō em dz luctari p totaz no
ctē pntis vite cū psperis ꝛ adūsis vsq; in mane alteri⁹ vite. in q̄ vita
pns finīt. et tc̄ orieī ei sol gl'e. et āgeli dei veniēt ei obuiā animā e⁹ ad
celū portātes. Lu. xvj. Hactū ē vt morereī mēdic⁹ ꝛ porta. ab an. in si
abra. Debz etiā grām dei recipe q̄ p iohem. q̄ interptaī. in q̄ ē grā. de
signaī. qz sine gr̄a dei. nec in fide pt manē. nec ztra impugnātes pug
re. nec aliqd bonī facē. j. cor. xv. Gr̄a dei sum id qd suz. Io. xv. Sine me
nil. po. fa. Quintū ē q̄ patrē et matrē puelle a suscitatōe nō exclusit.
imo admisit. In q̄ daī intelligi q̄ q̄ vult a pctō suscitari. multū dz cogi
tare ortū suū tanq̄z patrē et mortē tāq̄m matrē. De vili em spermate
nati sumus et tandē a vermibus comedemur. Iob. xvij. Putre. dī. p
m. e. m. m. et so. m. ū. Nec em cogitādo hēm⁹ materiā magne hūilitatis
et nō sup'biendi. Eccī. x. Quid su. ter. et ci. Bern̄. Quid su. sac. ster. ꝛ ci. v.
Memento vñ ve. et eru. v. sis et inge. q̄ va. et cōtre. Item hec cogitan
do de facilī omia cōtemnim⁹. Hiero. Facile cōtēnit oia q̄ sp se cogi
tat eē moritur⁹. Ad qd em de diuitijs ꝛ hōrib⁹ et amicis curaē dēm⁹
cū de eis nihil nobiscū deportaē possum⁹ et in tpe maxie nccitatis. s. i
morte oia nos derelinquāt. Sextū ē q̄ tenuit manū eius ꝛ excla. d.
Puella surge. In quo daī itelligi q̄ q̄ vult suscitari a morte peccati dz
se pmitti tangi a disciplina dei q̄ per manū dei designaī. q̄ vocat homi
nem ad multa bona. qz quē de⁹ diligit corripit et castigat. fla. aūt oez
filiū quē recipit. Habet em disciplina sex bona in nobis efficē. X
Primo em excitat iacentez et dormientē in pcīs. Act. xij. Percusso
q̄z la. pe. exci. e. d. sur. ve. Petrus in catenis peccator in vinculo. Se
cundo lente ambulātem facē currere sicut calcaria equū. Greg. Mala q̄
n. b p. ad de. ire cōpel. Osee. vj. In tri. sua m. cō. ad me ve. et re. ad dīm
qz ipe ce. et sa. nos pcu. et cu. nos. Tercō erudit de agendis. Miere.
Per oīe fla. et dolorem erudieris hēm. Proū. xxnj. Stul. col. est in
corde pueri et virga disciplīe fugabit eam. Quarto purgat a pcīs
Greg. Quod lima ferro quod flagellū grano. quod fornax auro. hoc

tribulatō viro ūsto ¶Quīto demōstrat nos filios dei esse·Heb·xij· Q; si extra disciplīnā estis e; pticipes facti sunt oīs·g; adulteri ⁊ non filij estis·Quē em diligit dns corripit ⁊ castigat·Fla·at omnē fi·quē re ci·Et iō omnis fili; accept; deo·disciplina dei tangit·q; p manū dei de signat·Tho·xij·Qm accept; eras deo necesse fuit vt tēptatō pbaz te ¶Sexto facit nos dignos corona gle·Iac·j· Beat; vir q; suffert tēp qm cū pba·fu·ac·co·vi·Sic fuit tactus iob in reb; ⁊ psona· Quidam autem habent illud apostema noli me tangere·qui a; tactum disciplī ne dei statim frangunt ¶Septimū est qz ūssit ei dare māducare·In quo dat intelligi q; postq; hō surrexit a morte pcī dz panē vite man; ducare scz corp; xpi ⁊ verbū dei i quib; aia vūnt·Matth·mj·Nō in so pa·vi·ho·sz in omni vbo qđ pcedit ex ore ei; ſ·dei·Sic em corpus idi; get ꝺtinuo alimēto·sic anima idiget suo cibo· Propterea quotidie pe timus·d·Panē n·q·d·n·ho·matth·vj·Et sic ptz tercū ¶Quarto pmit patrati miraculi noticia e; fama in vniūsam terrā exijt·Et h est qđ dz· Et exijt fama scz de iesu q; emorroissam sanauat et puellā suscitauerat p vniūsam regionē illā·Et sic pz q̄rtū· ¶In fine nota q; cū p hāc puel lam peccato; occultus designat maxime p eā religiosus designat qui secrete morit infra clausū q̄si in domo· Mali aūt religiosi secrete in q̄ttuor moriūt ¶P¶Primo in impatiētia ⁊ murmure·Nō em pau pertatē castitatē ⁊ obedientiā patiēter sustinēt ꝯ murmurāt in eisdez dicētes cū ūdeis·Vtinā mortui essem; in egipto cū sede·su·ol·car·ex; odi·xvj·Sunt em mēte in egipto·i·in mūdo tenebraz·Tōtra quos di cit xpc·Memores estote vroris loth·luc·xvij·Et nēo mit·ma·ad ara· et res·retro ap·ē reg·dei·In ecō·ix·Tales significāt p simonē cireneū qui nō nisi cū angaria tulit crucē p; ihesum·Omnia em onera religiōis mali nō libent facīūt et iō crepāt sb ipis·q; amor q̄ gnia facit leuia tol litur a corde eoz ¶Scōm est odiū qz odiūt ⁊ psequunt platū q̄ cogit ipos religiose vīuē ⁊ alios bonos q̄ ipos obfuāt ⁊ accusant·j·joha·nj· Qui odit fra·su·h·e·Sic discipuli sancti bndicti odiebant eū ⁊ volebāt eū venenare·vt dic gre·i ⁊ pa· ¶Tercīū ē iuidia·qz mundēt gratijs ali orum ⁊ ipas amibilant·Iob·v·Paruulū occidit mudia·Sic muidebāt pharisei q; vt religiosi haberēt gras xpi deprauabāt dicētes·In beelze· pn·de·ei·de·luc·xj· ¶Quartū est negligētia qz omia pter ꝺmedere ⁊ bibere ⁊ cetera corpis ꝺmoda negligent agūt psertim tn boras suas et dnīcū off̄m·Contra quos hiere·xlvnj·Maledict; q; fac op·d·frau·

¶De epistola sermo CXIII·

NOn cessamus p vobis orātes et postul·vt impleamī agnī tōne volūtatis eus·Col·j·Sic pr ⁊ mater erga carnales fi lios sunt soliciti sic et apls multopl; de filijs suis spualib; in xpo regeneratis solicitabat ⁊ quotidie indefessis pcib; deū p eis rogabat ⁊ ipos p epas monebat·Istos aūt colosenses qui

